fallacissime* (*q*). Inde jacet *Ecclesiae* (*r*) censura: inde impunitas omnium vitiorum. Nam » a templo Dei," dicit † (*s*) *Chrysostomus*, in *Opere imperfecto*, » omnia mala exeunt, et similiter omnia bona." Et per hujusmodi modos scandalisare populum Dei non est aliud, nisi vera membra Christi infirmare, † (*t*) abscindere, corrumpere, occidere et interficere, et corpus Christi mysticum lacerare et dimembrare. Rursum, Clericorum fornicatio non solum in dimembrationem et laesionem et *occasionem* (*u*) *membrorum* (*v*) Ecclesiae *cedit* (*w*), sed etiam in opprobrium *et* (*x*) damnum et vituperium tam castitatis et virtutum, quam totius Ecclesiae et omnium in ea contentorum, quam in ipsius *met* (*y*) fornicatoris Clerici aut Presbyteri despectum; quia revera, *secundum *Boëthium*, ubi supra* (*z*), » vicem reddit omnis dignitas malis possessoribus," quibus *tunc* (*a*) malum adjiciunt dignitates, ut minus *pateret* (*b*) eorum indignitas, si nullis honoribus *inclaresceret* (*c*). Inde viliores, † (*d*) pejores et magis *despecti* (*e*) *apparent* (*f*) mali, quia sunt in dignitatibus constituti. *Igitur* (*g*) vitia indigniorem et vere turpiorem reddunt malum Clericum, quam eadem vitia facerent Laicum, caeteris paribus. Similiter magis Superiorem quam in-

(*q*) *lenitae fallacissimo* Ed. (*r*) *etiam* Ed. (*s*) † *beatus Joannes* A. C *Jo.* Ed. (*t*) † *et* Ed. (*u*) *occasionem* C. (*v*) = Ed. (*w*) *eadit* C. (*x*) = A. C. Ed. (*y*) = Ed. (*z*) Haec verba in A. et C., uti et in Ed., leguntur mox post verba: *ut minus pateret*. (*a*) *tamen* Ed. (*b*) *patent* Ed. (*c*) *claresceret* A. C. Ed. (*d*) † *et* Ed. (*e*) *conspicui* A. C. Ed. (*f*) *apparerent* Ed. (*g*) *ergo* A. C.

inferiorem * et magis * (*h*) contemtibilem et magis nequam ostendunt. Et non solum hoc agunt vitia suo possessori, sed etiam * ipsa * (*i*) vitia ipsam dignitatem, sacros ordines et opera, verba et doctrinam, et quicquid boni in Clerico est, vel in * Superiori * (*k*), infamant, et quoad * adspectum * (*l*) hominum coinquinant: et haec propter * vilitatem * (*m*) et turpitudinem habentis despiciuntur et contemnuntur. Sicut patet, * quum * (*n*) unus bonus vir labitur; statim in omnes ejusdem status impingitur. Et cum de statu mentio fit, statim et boni et mali, qui in statu illo sunt, aut pro laude, aut pro vituperio statûs illius, allegantur et inducuntur. Et hoc est, quod dixit Apostolus ad *Romanos* XIV°. » Non ergo blasphemetur bonum * nomen tuum * (*o*)." Nam nomen istius statûs et dignitatis deprimitur per mali Ministri infamiam. Et per hoc vituperatur Ministerium Christi, contra doctrinam Apostoli 2 ad Cor. VI. » Nemini, ait, dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium vestrum." Offensiones maxime sunt laesiones * populi spirituales, quibus laeduntur a malis Ministris homines in via salutis. Et rursus tales actus dicuntur offensiones * (*p*), propter * quas * (*q*), clamatur contra vitam Ministri, * a * (*r*) * quibus * (*s*) Ministri vituperantur in populo; unde et consequenter Ministerium eorum, id est, servitia spiritualia, quae exercent in Ecclesia, scilicet praedicatio eorum, verbum Dei, largitio Sacramentorum, cele-

(*h*) = A. C. Ed. (*i*) = Ed. (*k*) *superiore* A. C. Ed. (*l*) *adspectus* A. C. Ed. (*m*) *utilitatem* Ed. (*n*) *quando* Ed. (*o*) *vestrum* A. C. Ed. (*p*) Omnia haec: *populi* —— *offensiones* = Ed. (*q*) *quos* A C Ed. (*r*) *aut* A. C. Ed. (*s*) *quilibet* Ed.

lebrationes, cantus et correctiones eorum de facto contemnuntur et vituperantur; * et * (t) maxime, * quum * (u) Ministrorum mala sunt publica † (v). Tunc propter offensiones, quae nemini, id est, nec ulli, * dari * (w) deberent secundum praeceptum Apostolicum, dantur pluribus; imo * saepe * (x) toti, vel majori parti populi; * unde * (y) multipliciter Ministerium Clericorum vetuperatur. * Atque * (z) tales * non se * (a) exhibent sicut Dei ministros, sed potius in factis et * servitiis * (b) Dei, sicut * Dei * (c) et suorum ipsorum gerunt inimicos. » Odit" enim Deus, secundum * *Psalmum* * (d), » omnes operantes iniquitates." Et qui diligit iniquitatem, odit animam * suam propriam * (e). Quin imo consequenter tales polluti aperti fornicarii et nefandi Ministri, sicut ipsi pollutissime et nefandissime tractant Sacramenta et * sacratas * (f) res, sic et ipsi eadem Sacramenta facinorosis † (g) largiuntur, ut, puta, sacros Ordines idiotis, * infamibus * (h), fornicariis, adulteris et * Simoniacis * (i) * indifferenter creberrime * (k) tribuunt; et Sacramenta poenitentiae, et consequenter eucharistiam, absolutiones in foro † (l) contentioso frequentissime dantur quibuscunque * in peccatis adhuc * (m) manifeste remanentibus,

(t) = A. C. Ed. (u) *quando* Ed. (v) † *et manifesta* A. C. Ed. (w) *dare* A. C. Ed. (x) = Ed. (y) *inde* A. C. Ed. (z) *at quam* Ed. (a) ∽ Ed. (b) *judiciis* Ed. (c) = Ed. (d) *Psalmistam* C (ut videtur). (e) ∽ C. (f) *sacras* Ed. (g) † *et flagitiosis* A. C. Ed. (h) *infantibus* G. (i) *simoniace* Ed. (k) ∽ C. Ed. (l) † *conscientiae et etiam in foro* A. C. Ed. In G. scriptum fuerat, sed expunctum: *conscientiae.* (m) ∽ A. Ed. *adhuc manentibus in peccatis manifeste.* C.

bus, usurariis, † (*n*) adulteris, (*o*) raptoribus * et * (*p*) non vere poenitentibus, nec a malis recedentibus, nec injusta restituentibus. Nec dubium * est, inde * (*q*) multum blasphemari * Sacramenta, et * (*r*) minus reputari et a multis diffamari. Perpendite, dilectissimi * mei * (*s*), quot injurias Ecclesia Trajectensis a multis circumsedentibus hominibus magnis sustineat, quibus procul dubio sine satisfactione dantur Sacramenta poenitentiae et eucharistiae. Unde haec mala et alia nefandiora * proveniunt * (*t*), nisi ab illis, qui pollutissime tractant Sacramenta Ecclesiae impolluta, videlicet luxuriosi et fornicarii (*u*)? Non dubitetis, propter hoc multos in fide * infirmari * (*v*), minus credentes Sacramentis, quae tam pollutissimae manus offerunt, et quae * indifferenter * (*w*) creberrime pessimis largiuntur. — Item, homines minus honorant legem * Dei * (*x*), * quia * (*y*), cujus vita despicitur, minus ejus † (*z*) doctrina, quamquam divina lex, sic acceptatur aut attenditur; quippe perditi Christiani et Infideles et Haeretici et Judaei, verum etiam aliqui Christiani infirmi, non perfecte credentes, propter hoc blasphemant legem Christi et Ecclesiam, * et * (*a*) avertuntur ab ea. Nam statim mente tractant, talem esse legem, quales sunt scientes legem et doctores, et talem esse Ecclesiam veram Dei vivam aestimant, qualem conspiciunt exteriorem Ecclesiam, aut quales sunt speculatores Ecclesiae ministri, secretarii et altiores in fide Christiana. Hanc

(*n*) † *et* A. C Ed. (*o*) † *et* A. C. Ed. (*p*) = A. C. Ed. (*q*) ∽ Ed. (*r*) ∽ Ed. (*s*) *domini* A. C. Ed. (*t*) = A. C. Ed. (*u*) † *et* Ed. (*v*) *infirmos* Ed. (*w*) = Ed. (*x*) = A. C. Ed. (*y*) = C. (*z*) † *auditur* Ed. (*a*) *vel* A. C. Ed.

Hanc namque vicem improbi, secundum *Boethium*, * redundant * (*b*) dignitatibus, quas sua contagione commaculant." Cumque tota vita cujuslibet Christiani deberet esse ad honorem et ad gloriam Dei, quid est, quod primogeniti et electi, et omnibus Christianis altissimi in statu et ordine, non solum Deum non honorant, sed ipsum maxime blasphemant * et diffamant * (*c*)? Unde sic Judaeis improperavit *Apostolus* ad *Romanos* II°, cum haberent legem et formam scientiae et veritatis, dicens: » Qui dicis: non moechandum, moecharis." Et infra, » In lege gloriaris, et per praevaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter * gentes." Sic hoc tempore lex Dei et nomen Dei per * (*d*) malos Christianos, et praecipue per malos fornicatores Clericos et Presbyteros, dehonoratur. Unde *Ezechielis* XXXVI° dicit Dominus: » Polluerunt nomen sanctum meum;" cum diceretur de eis: » populus Dei iste! et, de terra ejus," id est, de Ecclesia, » egressi sunt." Nomen enim Dei aequaliter semper est sanctum in se: sed in nobis sanctificatur, dignificatur et glorificatur. * Et * (*e*) ideo in prima petitione nostra semper petimus contrarium scandalo et blasphemiae nominis * Domini * (*f*), dicentes: » Sanctificetur nomen tuum." Hoc * enim * (*g*) est honor Dei, * habere ministros sanctos * (*h*) et impollutos, et hoc est * blasphemia et * (*i*) scandalum regis, habere nequissimam familiam. Unde *Chrysostomus*,

(*b*) *reddunt* A. C. Ed. (*c*) = Ed. (*d*) Omnia verba: *gentes* — — *per* ± Ed. (*e*) = A. C. Ed. (*f*) *Dei* Ed. (*g*) ± A. C. Ed. (*h*) ∽ C. (*i*) = C. *scandalum et blasphemia* A.

mus, in *Opere imperfecto*, super illud Matthaei V°. » Sic luceat lux vestra," sic dicit: » Qui docet et non facit, non solum neminem corrigit, sed multos scandalisat. Quis non moveatur ad peccatum, cum viderit ipsos doctores pietatis peccantes? Ergo per illos doctores, qui docent et faciunt, magnificatur Deus. Per eos autem, qui docent et non faciunt, blasphematur; * ut puto (*k*). Si bene doceant Sacerdotes et melius vivant, videntes * hoc * (*l*) Gentiles dicunt: » Benedictus Deus, qui tales habet servos. Vere enim eorum * Deus vere * (*m*) est * Deus * (*n*)." Nisi enim ipse esset justus, numquam populum suum circa justitiam sic teneret. Nam disciplina domini ex moribus * familiae * (*o*) demonstratur. * Nam * (*p*) sic * Pharisaei * (*q*), qui magna loquuntur, et nec modica faciunt. Si autem bene doceant et male conversentur, videntes dicunt: » Quis est * Deus eorum * (*r*), qui talia agunt? Nunquam sustineret eos, talia facientes, nisi consentiret operibus eorum. Patres nostri, sicut illi aestimant, idola colentes, omnem justitiam * servarunt * (*s*). Isti autem gloriosos loquuntur sermones, et ignominiosa opera faciunt." Vides, quomodo Deus per malos Christianos blasphematur. Nec potest * Dominus * (*t*) bonam opinionem habere, qui malam familiam habet." Haec omnia *Chrysostomus*.

Ah! quid, putas, aestimant, cogitant, praesumunt * et alii * (*u*) dicunt in his terris, haeretici et carnales

(*k*) *puta* G. C. *puto* A. Ed. (*l*) = A. C. (*m*) ≐ Ed. (*n*) = Ed. (*o*) *famuli* C. (*p*) *non* A. C. Ed. (*q*) *Philosophi* Ed. (*r*) ∽ Ed. (*s*) *servarent* (utrum *quum*, an *quando*, habeat G., minus certum). (*t*) *Deus* Ed. (*u*) *aliquando* A. C. Ed.

les homines et bestiae terrae? Quid, putas, cogitant circa Sacramenta * et* (v) circa fidem, * et* (w) circa gloriam Dei nostri, quando nobiliores famuli Dei et * quum* (x) principes spirituales, constituti pincernae sanguinis Christi et thesaurarii * spiritualium * divitiarum * (y) * (z) * Ecclesiae * (a), scientes mysteria et circa fidem doctissimi, * quum * (b), * inquam, hi* (c) in apertis facinoribus et flagitiis, et maxime in fornicationibus, undique scandalisantes, toti populo damnosissime se ostendunt? Quomodo, * putas * (d), haec turpitudo in blasphemiam nominis Domini altissimi et corporis Christi mystici, quae est vera Ecclesia Dei, redundat? Et quomodo, putas, hoc est in vituperium et (e) injuriam fidei Sacramentorum et ecclesiasticorum officiorum, atque in sanctae doctrinae orthodoxae detrimentum; nec non in omnium, quae in Ecclesia tractantur, et quae talibus commissa sunt, atque in totius Ordinis Clericalis et statûs Ecclesiae contumeliam et despectum, cum Jerusalem, corpus Dei mysticum, sive sancta Ecclesia ejus, doctrina et * contenta * (f) in eis, quasi pomorum custodia, id est, quasi nihilum, * et * (g) despectuose et turpiter tractantur; ut possit dici hodie allegorice, quod Judaeis in figura contingebat, secundum *Psalmum* LXXVIII, » Deus! venerunt gentes in haereditatem tuam." Imo gentibus pejores; scilicet fornicarii publici. » Polluerunt templum sanctum *tuum * (h); posuerunt Jerusalem," id est, Ecclesiam fi-

(v) = Ed. (w) = Ed. (x) *quasi* A. C. Ed. (y) = Ed. (z) ∽ A. C. (a) = A. C. (b) *quando* Ed. (c) ∽ C. (d) = Ed. (e) † *in* Ed. (f) *concoia* A. (Quid vero est? Utrum *concommunia*? an *concordia*? *concomitantia*? aut quid aliud?) (g) *vel* A. C. (h) = A. C.

fidelium, » pomorum custodiam." Et quam grande et inaestimabile *sit* (*i*) peccatum, sic blasphemare nomen Dei, et scandalisare Ecclesiam, legem, fidem et Sacramenta Christi, nec non servos et servitia ejus in opprobrium et despectum ponere, hoc est labi, apostatare et averti a fine ultimo. Nam » Deus creavit omnia propter gloriam suam," et propter Ecclesiae sanctae exaltationem et constructionem, ut ipse in se et omnia *sua* (*k*) in eo, Ipse quoque in suis † (*l*) doctrinis, servis et ministris laudaretur, glorificaretur et sanctificaretur in saeculum; » quia plena est omnis terra gloria ejus." Jes. VI°. Unde et orbis terrarum *pugnabit* (*m*) contra insensatos. Quapropter desiderat omnis anima justa, *prima petitione* (*n*) in *Pater noster*, contra opprobrium et pollutionem nominis *divini* (*o*), cum *dicitur* (*p*): » Sanctificetur nomen Tuum." *Et* (*q*) quantum quis desiderat, ut *glorificetur* (*r*) nomen Domini, non est dubium, quin tantum horreat *ejus blasphemiam* (*s*) et contumeliam. Ideo absque dubio hoc profero: Qui, cum potest ex ordine caritatis, vel cum debet ex caritate vel officio, *fornicatorum blasphemias* (*t*) reprobare aut corrigere et emendare, cessat aut negligit, quod nominis Dei sanctificationem et honorem nec *diligit* (*u*), nec desiderat. Absit hoc a quocunque bono Clerico vel Sacerdote! Sed potius Sacerdotes induantur justitia, et Sancti exsultatione exsultabunt. Et *dicant* (*v*)

(*i*) *est* A. C. (*k*) = Ed. (*l*) † *donis* A. (?) C. Ed. (*m*) *pugnabat* Ed. (*n*) ∽ Ed. (*o*) *domini* Ed. (*p*) *dicit* A. C. Ed. (*q*) *in* A. (*r*) *sanctificetur* A. C. Ed. (*s*) ∽ C. (*t*) ∽ C. (*u*) *diligat* Ed.

(*v*) boni omnes versiculum *Psalmi* praedicti: » Adjuva nos, Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui libera nos" ab istis fornicatoribus, » et propitius esto peccatis nostris." Sed cur? Certe » propter nomen Tuum. Ne forte dicant in gentibus," in carnalibus et aversis hominibus: » ubi est Deus eorum?" et innotescat in nationibus," id est, in multitudine populi, » blasphemia * haec * (*w*)." * Audite, si, secundum *Augustinum*, in Libro de *Vita Christiana*, Deus * a * (*x*) nobis nihil magis desiderat aut requirit, quam ut per actus nostros nomen suum magnificetur; sicut scriptum est: » Sacrificium laudis honorificabit me." Quid est † (*y*), quod * tunc * (*z*) magis * horret * (*a*) Deus, quam ut nomen sanctum suum blasphemetur et vituperetur? Et non solum nomen ejus in se, sed etiam Ille, qui benedictus est in omnibus donis suis et in omnibus servis suis, tam in donis * suis * (*b*), quam in operibus suis et † (*c*), servis † (*d*) despicitur et contemnitur, cum quidam ministri et largitores donorum Dei, qui praesunt sacrificiis et operibus † (*e*) divinis, se toti multitudini contemtibiles et blasphemos per notorias fornicationes et scandala miserabiliter ostendunt. Verumtamen » hoc est," ut ait *Augustinus*, *ubi supra*, » Sacrificium, quod Deus per omnes hostias nostras quaerit et diligit, ut per justitiae * nostrae * (*f*) opera * nomen suum ubi-

(*v*) *dicunt* C. Ed. (*w*) = Ed. (*x*) Haec omnia, a. v. *Audite*, usque ad *Deus* = Ed. Sed ante v. v. *a nobis* inserta est vocula *nec*. (*y*) † *ergo* A. C. Ed. (*z*) = Ed. (*a*) *abhorret* C. (*b*) = Ed. (*c*) † *in* Ed. (*d*) † *suis* Ed. (*e*) † *suis* Ed. (*f*) *nostra* C.

ubique * (g) * laudetur * (h), et Deus verus esse, servorum suorum actu et opere, comprobetur." Haec *Augustinus.* Hoc est justitiae opus, quo Deus mirabiliter benedicitur, quod ipse * nobis * (i) imperat, dicens: *Recedite*, recedite ab omnibus foetoribus his et * corruptionibus * (k) pessimis, improbantes, suspendentes, et excludentes, quantum * possitis * (l), hujusmodi blasphemias † (m). *Exite inde*, arguentes, corripientes et commonentes. *Immundum nolite tangere*, consentientes, faventes, vel * quoquo * modo (n) defendentes † (o).

XVI. *Capitulum decimum sextum.*

Sedecimum dictum * meum * (p) est, *quod hujusmodi turpes fornicarii Clerici * et * (q) Presbyteri et alii quicunque Christiani, in * facinorosis et * (r) flagitiosis * factis * (s) notorii * et manifesti, acrius et * (t) crudelius Christum persequuntur, dimembrant, crucifigunt et lacerant, quam Herodes * et * (u) Pilatus, * vel * (v) milites * ejus * (w). Et, si * cum hoc Missam * (x) * celebraverint * (y), * vel Sacramentum Eucharistiae sumserint * (z); * addunt praedictae crucifixioni aliam * (a).* Pro *primo* probant-

(g) ∽ C. a pr. m. sed correctum ad oram libri. (h) *laudaretur* Ed. (i) *vobis* A. C. Ed. (k) *corruptelis* A. C. (l) *potestis* Ed. (m) † *et blasphemantes* A. C. Ed. (n) *quoque* Ed. (o) † *etc.* Ed. (p) = A. C. (q) *sive* Di. (r) = Di. (s) *actibus* Di. (t) = Di. (u) *vel* A. C. Ed. = Di. (A. ex emendatione ad oram). (v) = Di. (w) *et Judaei, qui Christum corporaliter occiderunt* Di. (x) *tales Presbyteri* Di. (y) *celebrant* Di. (z) = Di. (a) ∽ Di.

bando notandum, quod „ corpus Christi mysticum, sancta Dei Ecclesia, unitas fidelium in Christo, est † (*b*) multo melius et dignius * et * (*c*) carius corpus * Christo * (*d*), quam corpus carnis suae"; ut ait beatus *Bernardus*, in quodam *Sermone* de *beata Maria Magdalena*. Nam † (*e*) hoc corpus * suum * (*f*) * miserum * (*g*) posuit, corpus carnis suae, ut exhiberet et construeret Deo Ecclesiam dilectissimam. Et, * ut * (*h*) in *Dicto* * *meo* * (*i*) *praecedente* dixi et declaravi, scandalisare populum vel Clerum, vel aliquem de iis modis, superius expressis † (*k*), per hujusmodi facinorosos homines, est, Christi membra spiritualia, scilicet Christianos, et * fideles * (*l*) infirmare, debilitare, vulnerare, excoecare et interficere; imo * etiam * (*m*), dignissimum et carissimum corpus Christi lacerare et dimembrare. Et haec persecutio est longe crudelior, * scandalisatior * (*n*) et damnosior, et rursus Christo et suis abominabilior et odibilior, quam carnis suae crucifixio; maxime ab illis, qui ad ejus custodiam et aedificationem principaliter deputati sunt, et, ut conservent et custodiant, magna stipendia temporalia, divitias et honores accipiunt. Et sic Christum persequuntur, non semel tantum, sed * toties * (*o*), quoties quemque, vel plures scandalisant. Ergo creber-

(*b*) † *Christo* A. C. Ed. (*c*) = Ed. (*d*) *ejus* A. C. Ed. (*e*) † *propter* A. C. (*f*) = A. C. (*g*) *mysticum* A. C. Ed. (ubi sic legitur: *Nam corpus mysticum ut redime*[*re*] *t*, *possuit* (posuit) *corpus carnis suae* caet.). (*h*) = Ed. (*i*) = A. C. Ed. (*k*) † *et* C. et A. a pr. m., sed obelo confossum. (*l*) A. C. Ed. *infideles* G. (*m*) *est* A. C. Ed. (*n*) *scandalosior* A. C. Ed. (*o*) = C.

berrima et frequentissima haec diruptio, *occisio* (p) et dilaniatio membrorum Christi longe est crudelior et scandalosior et damnosior Christo et suis, quam carnis suae crucifixio. Nunquid ex ordine caritatis Christus nobis *praecepit* (q), *quod debemus* (r) plus animam proximi, quam nostram carnem, aut quam nostram vitam mortalem, diligere? Nunquid sic Christus praedilexit animam et salutem *cujuslibet* (s) longissime magis, quam carnem propriam? Imo et paratus stetit offerre, et obtulit totam vitam et carnem pro cujuslibet salute, et omnem laborem suum posuit, et omnia facta sua fecit, et verba sua protulit ad salutem, doctrinam et virtutem in proximo aedificandam. *Et* (t) cujus finis, *intentionis* (u) et laboris contrarium hujusmodi. turpes homines tota eorum vita *laborant et operantur* (v). Sic enim voluntarie proximum a Deo et a salute ejus trahere, maxime est contrarium amori divino, scilicet Spiritui Sancto, quo corpus Christi mysticum, simul et quodlibet membrum cum quolibet, colligatur et convivificatur. Unde Matth. XII. dicit Christus: „Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit verbum contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei," id est, valde difficulter remittetur ei, „neque in hoc saeculo, neque in futuro." Quid, putas, erit de illo, cujus non verbum solum, sed paene tota vita, *clamat* (w) contra Spiritum Sanctum et amorem proximi, respectu aeternae salutis?

Isti

(p) = *occasio* Ed. (q) *praecipit* Ed. (r) = Ed. (s) *cujuscunque* Ed. (t) *etiam* A. C. *in* Ed. (u) *intentionem* Ed. (v) *laborat et operatur* Ed. (w) = Ed.

Isti autem non solum sic lacerant, † (*x*) debilitant et * occidunt * (*y*) animas hominum et membra Christi: imo sapientiam aeternam et nomen altissimi Dei, et ejus familiam et sponsam factis eorum aperte foetidis, quantum in eis est, diffamant, vituperant et blasphemant, in contrarium laudis, benedictionis et glorificationis, quibus omnes creaturae laudabunt, benedicent et glorificabunt nomen Dei, et omnia opera Ejus in aeternum. De his * beatus * (*z*) *Bernardus*, in quodam *Sermone de conversione* * *beati* * (*a*) *Pauli*, † (*b*). *Quid me persequeris?* sic ait: » * An an * (*c*) persequebatur * Saulus * (*d*) Christum, qui * Christi membra * (*e*) * trucidabat * (*f*) in terris? Aut non persecuti sunt Christum, qui sacratissimum illud corpus † (*g*) affixere patibulo? * An * (*h*) non persequebatur eum, qui adversus corpus ejus, quod * est Ecclesia * (*i*), † (*k*) odio furiebat iniquo? Denique, si proprium sanguinem dedit in pretium redemtionis animarum, non tibi videtur graviorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione avertit ab eo animas, quas redemit * tam pretiose * (*l*), quam a Judaeo, qui sanguinem illum fudit? Agnoscite, Dilectissimi! Expavescite consortia eorum, qui salutem impediunt animarum. Horrendum pe-

(*x*) † *et* Ed. (*y*) *accedunt* Ed. (*z*) = A. C. Ed. (*a*) *sancti* Ed. (*b*) † *super verbo* A. C. Ed. (*c*) *An non* A. C. Ed. (*d*) *Paulus* C. (*e*) ∞ C. (*f*) *trucidavit* Ed. (*g*) † *crucis* A. C. Ed. (*h*) *et* A. C. Ed. (*i*) ∞ Ed. (*k*) † *Est enim corpus ejus ecclesia ipsa* A. C. — Etiam Ed., sed vocula *ipsa* in *ipso* mutata. (*l*) = A. C. Ed.

penitus sacrilegium, quod et ipsorum videtur excedere facinus, qui Domino majestatis manus sacrilegas injecerunt. Videbatur jam *cessasse* (*m*) persecutionis tempus: sed, ut palam factum est, nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo. Et nunc, quod gravius est, Christum persequuntur, qui ab eo utique Christiani dicuntur. » Amici tui, Deus! et proximi tui adversum Te appropinquaverunt et steterunt. Conjurasse videtur contra Te universitas populi Christiani a minimo usque ad maximum. A planta pedis usque ad verticem non est sanitas ulla. Egressa est iniquitas a senioribus, judicibus, vicariis Tuis, qui videntur regere populum Tuum. Non est jam dicere: » ut populus, sic et sacerdos," quia nec † (*n*) populus ut sacerdos. Heu, heu! Domine Deus! quia ipsi sunt in persecutione primi, qui videntur in Ecclesia Tua primatum *diligere* (*o*), *principatum gerere (*p*). Arcem Sion occupaverunt, apprehenderunt munitiones, et universam deinceps libere et potestative tradunt incendio civitatem *Jerusalem sanctam* (*q*). Misera eorum conversatio plebis Tuae miserabilis subversio est. Atque utinam sola hac parte nocerent! *Esset* (*r*) forte, qui, dominica *praemonitus et* (*s*) *praemunitus* (*t*) exhortatione, *daret* (*u*) operam, ipsorum non exempla imitari, sed observare praecepta. Nunc autem dati sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri, et questum aestimant pietatem. Copiosissime si-

qui-

(*m*) *cessare specie* Ed. (*n*) † *sic* A. C. Ed. (*o*) Ad oram in C. *tenere*. (*p*) ∽ A. C. Ed. (*q*) = A. C. Ed. (*r*) *essent* Ed. (*s*) = C. *praemoniti et* Ed. (*t*) *praemuniti* Ed. (*u*) *darent* Ed.

quidem † (v) inveniuntur in suscipienda, imo accipienda † (w) magis, animarum cura. Sed haec apud eos cura minor, et de animarum salute novissima cogitatio est. An vero Salvatori animarum gravior ulla poterit esse persecutio? Inique agunt et * caeteri * (x) contra Christum, multique sunt nostris temporibus antichristi. Merito tamen et crudeliorem eam censet persecutionem pro acceptis beneficiis, et graviorem sentit pro potestate, quam propriis * sustinet * (y) a ministris. Licet alii quoque multi contra proximorum salutem multifarie, multisque modis, et variis occasionibus, agere videantur. Haec videt Christus et silet; haec Salvator patitur et dissimulat. Propterea quoque nos dissimulemus * necesse est, et silemus * (z) interim, maxime * que * (a) de Praelatis nostris, magistris Ecclesiarum. Sic nimirum, sic placet et ipsis, ut evadant nunc humana judicia, * venietque * (b) * semel * (c) grave judicium his qui praesunt, et potenter patientur tormenta potentes." Haec omnia *Bernardus.*

Verumtamen adhuc alia persecutio et crucifixio * crudelis * (d) est, quibus crucifigitur Christus a Ministris malis. Sed praecedens est longe crudelior. Si enim, ut ait *Apostolus* 1ª *ad Corinthios* XI°, » quicunque manducaverit * panem hunc * (e), * vel * (f) biberit calicem Domini indigne, reus * erit * (g) corporis et sanguinis Domini. Probet * autem * (h) seipsum, homo, * et sic de pane illo edat, et de calice bibat *.

(i)

(v) † *pietatis* A. C. Ed. (w) † *cura* C. (x) *nequiter* Ed. (y) *sustineret* Ed. (z) = Ed. (a) = Ed. (b) *veniatque* A. C. Ed. (c) = Ed. (d) = C. (e) = C. (f) *et* Ed. (g) *fuerit* C. (h) *enim* C.

(*i*). Qui enim manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit." Et si, * secundum * (*k*) *Glossam ordinariam*, poenas * mortis Christi * (*l*) * exsolvit * (*m*), ac si Christum * occideret * (*n*), * och * (*o*)! * quantum * (*p*) * erit tunc * (*q*) reus mortis Christi, et quas poenas * exsolvet * (*r*), qui corpus et sanguinem * Christi * (*s*) * indigno * (*t*) ore conficit, et tractat manibus * pollutis * (*u*), sibique et aliis largitur indigne, in quibus longe major, quam * in accipiente * (*v*) vel sumente, † (*w*) requiritur puritas et munditia! Simile quoddam, secundum modos eorum, est in Sacramentis singulis accipiendis aut ministrandis; quia in omnibus his Minister invisibilem gratiam Dei et virtutem administrat, * et * (*x*) meritum † (*y*) Christi ibi currit, fluit et propinatur. O Sacerdos, divinis virtutibus insignite! corpus tuum efficitur quotidie sepulcrum Christi. Quomodo ex ore tuo * egreditur * (*z*) falsitas, et invenitur in factis et gestis tuis vanitas et turpis impuritas, per * cujus * (*a*) os et gutttur ingreditur veritas, † (*b*) intrat aeternitas, (*c*) pertransit * Christi * (*d*) puritas? Nescis, secundum *Hieronymum*, quod, » licet super omni peccato gaudeat Diabolus, maxime tamen congaudet fornicationi, praecipue Sacerdotum et Religiosorum, qui sunt altaris mi-

(*i*) Haec omnia = C. *ut etc.* Ed. (*k*) *secundam* C. (*l*) ∽ C. (*m*) *exsolvet* A. C. *absolvet* Ed. (*n*) *occiderit* A. C. (*o*) *ach* Ed. (*p*) *quanti* A. C. (*q*) ∽ C. et A. a pr. m., sed correctum. (*r*) *absolvet* Ed. (*s*) = A. C. Ed. (*t*) *indigne* Ed. (*u*) = A. C. Ed. (*v*) *manucapiente* Ed. (*w*) † *magis* Ed. (*x*) *etiam* Ed. (*y*) † *sanguinis* A. C. Ed. (*z*) *egredietur* C. (*a*) = Ed. (*b*) † *et* Ed. (*c*) † *et* A. C. Ed. (*d*) *Christus* C.

ministri?" Nescis, » quod te Angelus, cum † (e) peccator infamis celebraveris, secat per medium," ut ait *beatus* (f) *Bernardus*, in Libro de *Colloquio Simonis et Jesu*? Nam characteres animae tuae Christi signa et *ministralia* (g) signacula, cum donis tuis naturalibus et gratuitis, et vera Sacramenta, quae conficis, sunt ab una parte in Civitate Dei operantia honorem et voluntatem Altissimi, te non vidente, a quibus Angelus secat te ex te, ut *tu* (h), quantum est ex tua voluntate aversa et intentione animae tuae, sis miser et miserabilis, existens de sorte Satanae, ministrans Civitati Diaboli et ejus Sociis. Ach! ach! Contremere possunt omnia ossa nostra, et aures nostrae tinnire, a solo auditu talis miserandae et miserrimae sectionis et divisionis. O Sacerdos! » ne des alienis," *scilicet* (i) mulieribus, » *honorem tuum* (k), et annos tuos crudeli; ne forte *expleantur* (l) extranei," *id est* (m), Diaboli, » viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gemas in novissimis tuis, quum consumseris *carnem et corpus tuum* (n)!" Et, secundum *Hieronymum*, » quid tibi cum mulieribus, qui ad altare famularis, qui eisdem labiis oscularis filium Virginis, quibus osculatus es filiam Veneris? O Juda! nunquid osculo tradis filium hominis?" Et, secundum *beatum* (o) *Bernardum*, » quis oculus non erubescit, *quis* (p) auditus non terretur, ubi mundi

(e) † *talis* A. C. Ed. (f) = A. C. Ed. (g) *instrumentalia* A. C. Ed. (h) *in* Ed. (i) = A. C. Ed. (k) ∞ C. *nomen tuum* A. (etiam C. a pr. m., sed ab ipsa correctum). (l) *impleantur.* A. C. Ed. (m) = C. (n) *corpus et carnem tuam* Ed. (o) = Ed. (p) *qui* Ed.

di pretium projicitur in sterquilinium, id est, in os peccatoris Sacerdotis?" *Et* (q) beatus *Hieronymus*, in morte sua, *prout* (r) de eo narrat *Eusebius*, suus discipulus, ipse etiam, cum *corpus Christi* (s) ante se poneretur, multa grata cum *Deo* (t) colloquens, sic *infit* (u): » Vae sibi indigne † (v) sumentibus! Certe ad sui poenam et reatum Te iterum crucifigunt; non, quod Te judicet illa manducatio, qui † (w) impassibilis et immortalis omnino es. Heu! mi Domine! quid dicam? Hodie *te Sacerdotes* (x) comedunt, ut carnes pecudum et volucrum, imo pejus. Nocte mulierum actu fruuntur turpissimo, et Te mane masticando comedunt." † (y) Haec *Hieronymus*.

Recedite ergo, *recedite*, omnes Praelati et Domini mei. Condolete passionibus *et* (z) crucifixionibus † (a)

(q) *unde* A. C. Ed. (r) *ut* C. (s) ∽ C. (t) *Christo* C. (u) *infert* Ed. (v) † *te* Ed. (w) † *imo* Ed. (x) ∽ A. C. Ed. (y) « † *Ubi, Domine! latitas? Dormisne Deus*, [† an Ed.] *vigilas? Est Tibi hoc acceptum sacrificium? Est haec oblatio, quam eligis? Exaudis preces eorum de coelo et de solio majestatis Tuae? Vere, si hoc velles sacrificium et libamen, mendax fieres et peccatorum socius. Certe, Domine! si vera sunt, quae per os locutus es Prophetarum; si justis solum supplicationibus praesto es, et si* [† tibi Ed.] *placet aequitas, hoc tale* [clare Ed.] *impediendum est* [= Ed.] *sacrificium, quamvis in se bonum, nec possit violari malis Sacerdotibus, quia malitia non dijudicat. Unde hujusmodi sacrificium fit ad Sacri Christi* [Sacerdotis prae- Ed.] *judicium et damnationem, nec, pro quibus fit, prodest Imo, ut verissime dicam, qui vitam Sacerdotis concubinarii agnoscit, et eum pro se celebrare facit, fit in ejusdem peccato constitutus* [fit ejusdem peccati conscius Ed.] *et nunc*, [nec non et Ed.] *poenae particeps*." A. Desunt haec omnia in C. et G. (z) = Ed.

† (*a*) Christi. Suspendite et excommunicate nominatim tam fornicatores, quam fornicarias. Facite, quantum in vobis * est * (*b*). Succurrite Christo et membris ejus, si vitam volueritis habere cum * Christo * (*c*). *Exite*, * et * (*d*) corripite, * et * (*e*) monete, et arguite istos foedissimos Ministros. Et *immundum*, nec consensu, nec admissione mentali, nec defensione, *nolite* corde *tangere* † (*f*).

* *Ista octo praecedentia * dicta proxima * (g) sunt omnia de lege naturali divina, sive de lege caritatis, secundum veritatem aeternam, excepto primo dicto, secundum aliqualem ejus partem. Et omnia respiciunt indifferenter fornicatores suspectos aut infamatos, sive sint notorii, sive non, * dummodo * (h) in eis suspicio aut scandalum generetur, vel generari * possit * (i). Quibus dictis * addatur * (k) unum, quod ex his oritur, quod maxime pertinet ad illos, qui praesunt * (l).*

XVII. *Capitulum decimum septimum.*

* *Septimum decimum* * (*m*) * igitur * (*n*) dictum * meum * (*o*) est, *quod*, *licet non sit accusator aut testis, tamen omnibus* † (*p*) *fornicatoribus manifestis*

(*a*) † *et contumeliis* A. C. Ed. (*b*) = Ed. (*c*) *ipso* Ed. (*d*) = C. (*e*) = A. C. Ed. (*f*) † *etc.* Ed. (*g*) ∽ A. C. (*h*) *dum* A. C. (*i*) *potest* A. C. (*k*) *addam* A. C. (*l*) Haec omnia absunt ab Ed. (*m*) *Septidecimum* C. a pr. m. *Decimum septimum* A. et C.* Ed. (*n*) = A. C. Ed. (*o*) = A. C. ∽ Ed. (*p*) † *Presbyteris seu Clericis.*

tis et diffamatis, **aut** (*q*) *rumore praedicatis*, **aut** (*r*) **quibuscunque aliis fornicationibus Clericorum*, *ex quibus scandalum oritur** (*s*) *in Clero aut in populo*, *debet per Superiores*, *etiamsi rei criminis non* **fuerint** (*t*), **purgatio indici** (*u*), *et* **praecipiendo definiri* **debent** (*v*) *et praecipi*, *et compelli** (*w*), *ut mulieres*, **aut conversationes*, *aut quicquid aliud sit*, *unde scandalum generatur** (*x*), *removeant*. Hoc *enim* (*y*) dictum *meum* (*z*) duo dicit; scilicet, purgationem *indicendam* (*a*), et scandalum removendum, *quum* (*b*) ambo concurrunt. Non enim ex sola fama, si non fuerit accusator, indicenda est purgatio: sed si scandalum simul venit cum fama, tunc indicenda est purgatio, licet non fuerit testis *aliquis* (*c*) aut accusator. † (*d*) *Extra*, *de cohabitatione Cler. et mulierum*, Cap. *Tua nos*, [*Decr. Greg.* L. III. Tit. II. c. 8.] in fine; et *Bernardus* et alii ibidem. Non enim statim propter famam debet quis *suspendi* (*e*), nisi enormitas delicti vel scandalum hoc *exposcat* (*f*), ut *Extra*, *de purgatione canonica*, Cap. *Inter solicitudines* [*Decr. Greg.* L. V. Tit. XXXIV. c. 10.] *Fama* namque, secundum *Hostiensem*, in *Summa*, Lib. III. *Cap* (*g*), *de cohabit. Cler. et mul.* §. 3. est publica et famosa insinuatio et proclamatio ex sola suspicione, et ex incerto auctore

(*q*) *seu* Di. (*r*) *a* Ed. (*s*) *scandalum patientibus* Di. (*t*) *sit* Di. (*u*) ∽ Di. (*v*) *debet* C. (*w*) *juberi* Di. (*x*) *et alia*, *quae scandalum pariunt*, *a se* Di. (*y*) = A. C. Ed. (*z*) = A. C. Ed. (*a*) *inducendam* Ed. (*b*) *quando* Ed. (*c*) = Ed. (*d*) † *ut* A. C. Ed. (*e*) *suspenditur* Ed. (*f*) *exposcet* Ed. (*g*) *titulo* A. C. Ed.

re proveniens, cui de facili † (*h*) creditur, quia dictum unius de facili sequitur multitudo, ut *Extra* [L. modo c. et Tit.] de *purgat. canonica*, *Cap.* (*i*). *Cum in juventute* [c. 12]. Et *variae* (*k*) voces populi non sunt audiendae. *Cap.* (*l*). *De poenis*, *Lege* (*m*) *Decurionum*. Unde *Virgilius* IV° *Æneidarum*:

—— Fama malum, quo non velocius ullum
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo,
Parva *motu* (*n*) primo, mox sese attollit in *auras* (*o*).

Et infra subdit:

Tam ficti pravique tenax, quam *nuncia* (*p*) veri.

Sed *rumor* est minor fama, et particularis *insinuatio* (*q*) ex sola suspicione, et ex incerto auctore proveniens. Et *quum* (*r*) fama sic crebrescit per modicum tempus, non est quis suspendendus, nisi talis *fama* (*s*) perduret; *quia* (*t*) tunc est suspendendus usque ad satisfactionem condignam, ut *Extra*, [*Decr. Greg.* L. V. Tit. XXXIV.] de *purgatione* Cap. II. *Si quis Presbyter;* scilicet, usque ad satisfactionem, id est, usque ad remotionem scandali et purgationem canonicam. Finis enim purgationis canonicae et omnis poenitentiae est satisfactio laesis et postpositio peccatorum. Nullus enim *poenitet* (*u*) aut sa-

(*h*) † *non* Ed. (*i*) ≐ A. C. (*k*) *vanae* Ed. (*l*) *Codice* C. et A. ex emend. sed *Cap. 1.* Ed. (*m*) *et lege* Ed. (*n*) *metu* Ed. (*o*) *aures* Ed. (*p*) *nuncii* Ed. (*q*) *infamatio* Ed. (*r*) *quando* Ed. (*s*) *infamia* A. C. Ed. (*t*) ≡ C. Ed. (*u*) *penitus* A.

satisfacit, aut se purgat, manens offendens * aut * (v) scandalisans; maxime, quia scandalum inducit purgationem sine accusatore, ut praedixi. Et ad illud removendum † (w) fit purgatio. Ideo vana et nulla esset purgatio, * quod * (x) si quis ex cohabitatione mulierum et conversatione * mulierum * (y) scandalisaret Clerum vel populum, vel viciniam, nisi ipsam mulierem, vel conversationem, vel quicquid aliud scandalisaret, removeret. Nec peccatum dimitti posset, nisi auferretur offendiculum et scandalum. Et hoc satis est, ut omnino mulierem, quantumcunque senex sis, † (z) oportet removere, si ex ea aliquando contra Dei praeceptum genuisti, vel populum scandalisasti, aut si tuo exemplo, vel occasione tui, alii juniores velint etiam mulieres retinere. Purgatio etiam cum remotione scandali est indicenda Presbytero cum septem Presbyteris, Diacono cum tribus * Diaconis * (a), ut [*D. Grat.* P. II. C.] II. Q. * 5 * (b) Cap. [19.] *Omnibus*, et Cap. [12.] *Si legitimi*, et Cap. [5 vel 13.] *Presbyter*; vel alias, secundum arbitrium justi judicis. Debent etiam compurgatores esse vicini et noti, qui conversationem ejus nunc et prius * agnoverunt * (c), ut [*Decr.* P. II. C.] II. Q. * 5. * (d) Cap. [16.] *Si male fama*, et Cap. [19.] *Omnibus*; *Extra*, [*Decretal. Greg.* L. V. Tit. 34.] *de purgat. canonica*, Cap. [10.] *Inter*, et Cap. sequenti [11.] Imo * et * (e) post scandali remotionem longa poenitentia * injungenda est * (f)

(v) *et* A. C. Ed. (w) † *maxime* A. C. Ed. (x) = A. C. Ed. (y) *earum* Ed. (z) † *se* A. C. Ed. (a) *diaconibus* Ed. (b) *iiij* Ed. (c) *cognoverunt* A. C. Ed. (d) *iiij* Ed. (e) = Ed.

(*f*), antequam * celebret * (*g*), et vita laudabilis est adjungenda. Faciunt ad hoc superius allegata in *Dicto meo septimo*. Et secundum * *Hostiensem* * (*h*) in *Glossa* in Cap. praedicto: *Tua nos* [*Decr. Greg.* L. III. Tit. c. 8.]. Si quis defecerit in purgatione, * tenetur * (*i*) ut convictus. Si purgari non vult, pro contumacia excommunicabitur. Et si steterit * sic * (*k*) per annum, ut convictus punietur de crimine. Idem post eum *Johannes* in *Summa confessorum*, Libro III. Tit. XXX. † (*l*) Q. 12. in fine. Et * vere, qui * (*m*) praeest, si in indicenda purgatione et † (*n*) poenis sequentibus, fuerit negligens, aut palpans malos, aut quacunque specie, vel amicitia, * aut lucro, dicit * (*o*), scribit, facit aut negligit, quominus scandala removeantur manifesta a Dei Ecclesia, ille veraciter est omnium * malorum * (*p*) particeps, et vere ille non dolet † (*q*) de Christi et Sanctae matris Ecclesiae contumeliis, † (*r*) injuriis, vituperiis, opprobriis et lacerationibus. Imo omnium † (*s*) malorum est procurator, et, secundum Sanctorum Patrum instituta, multipliciter (*t*) puniendus. Sed tunc magis punientur, cum * (*u*) mittet Filius hominis angelos † (*v*), et * colliget * (*w*) de regno ejus omnia * regna * (*x*), etiam occulta et non punita, et eos, qui faciunt ini-

qui-

(*f*) ∽ O. (*g*) *celebrat* C. (*h*) *et Hostiensis* Ed. (*i*) *habetur* C. (*k*) = A. C. Ed. (*l*) † *in fine* C. (*m*) ∽ Ed. (*n*) † *in* A. C. Ed. (*o*) *addit* Ed. (*p*) *peccatorum* Ed. (*q*) † *nec condolet* A. C. Ed. (*r*) † *et* Ed. (*s*) † *horum* A. C. Ed. (*t*) † *est* Ed. (*u*) *quando* Ed. (*v*) † *suos* A. C. Ed. (*w*) *colligent* Ed. (*x*) *scandala* A. C. Ed.

quitatem, et *immittet* (y) eos in caminum ignis, Matth. XIII. Tunc illi, qui male* praefuerint* (z), duplici maledictione conterentur; et potentes in gradu, *qui* (a) potenter *peccaverunt* (b) potenter in poenis tormenta patientur. — Multa Jura et Canones multi loquuntur de ista purgatione Canonica et de processu per *modum* (c) inquisitionis et denunciationis contra istos et consimiles. Quae si quis melius scire velit, quaerat in *Textu* et † (d) *Glossis* [*Decr.* P. II. C. II Q. *5* (e) per totum; et *Extra* [*D. Greg.* L. V. Tit. 34.] de *purgatione canonica;* et *Extra* [*D. Greg.* L. V. Tit. I.], de *accusationibus*, Cap. *Qualiter* 1° et 2° [17 et 24], et Cap. *Inquisitionis* [21]; et in *Summis Raymundi*, *Goffredi*, *Hostiensis* et *Johannis;* ubi materia de *canonica purgatione* (f) et inquisitione et denunciatione tractatur.

Recedite ergo, omnes Praelati! cogentes *prius* (g), ut omne scandalum et offendiculum removeatur, et omnis mala species; et *ut* (h) remoto scandalo se purgent *et* (i) legitime *puniantur* (k). *Exite inde;* redarguite, corripite, et monete, et *nolite* aliquo modo, vel negligendo, vel non impediendo, vel defendendo, vel excusando, *pollutum tangere*. Nam non impedire, in Praelatis † (l) est, negligere favere est; et errorem non corrigere † (m), ipsum defendere; ut † (n) dixi in *Dicto* *meo* (o) *nono.*

* *Nunc*

(y) *mittent* A. C. *mittet* Ed. (z) *praefuerunt* Ed. (a) *quia* A. C. Ed. (b) A. C. Ed. *peccatum erit* G. (c) *viam* Ed. (d) † *in* Ed. (e) *iiij* Ed. (f) ↻ C. (g) *primo* A. C. Ed. (h) = Ed. (i) *vel* A. C. Ed. (k) *punientur* C. (l) † *tangere* A. C. Ed. (m) † *est* A. C. Ed. (n) † *supra* A. C. ↻ Ed. (o) = A. C.

* *Nunc sequuntur alia, quae proprie conscientiam cujuslibet respiciunt, ut recedat quis, exeat et pollutum non tangat quoquo modo, sine juris declaratione, aut scandali permixtione* * (*p*).

XVIII. *Capitulum duodevigesimum.*

Dictum * meum * (*q*) *primum* de * *novem* * (*r*) sequentibus, quod est *decimum* * *octavum* * (*s*) * in ordine * (*t*), est istud: *Quod Clericus vel Presbyter existens in* * *peccato mortali* * (*u*), *si aliquod* * *sacrum* * (*v*) *pertractat*, * *et* * (*w*) *res sacras, quasi officio* * *suo* * (*x*) *utens, tangat;* * *aut quicunque* * (*y*) *se exhibet in aliquo actu ut ministrum Ecclesiae*, * *mortaliter peccat* * (*z*), † (*a*) *quoties hujusmodi actam exercet.* In hac sententia sunt * concordes * (*b*), tam Sancti Doctores, quam Jurisperiti, * prout * (*c*) probat * Sanctus * (*d*) *Thomas*, * super * (*e*) IV°. *Sententiarum*, Di. XXIV. Q. 1. principali Art. 3. Q. 5. in *responsione ad eamdem quaestionem, et in solutione quarti argumenti.* Et si cuiquam istud durum videatur, nihil respondendum prima facie puto, nisi quod *Albertus*, * super * (*f*) * *Quar-*

(*p*) = Ed. (*q*) = A. C. Ed. (*r*) *octo* C. (*s*) G. Ed. (*xviij* A.) *octodecimum* C. (*t*) = A. C. Ed. ubi † *et*. (*u*) ∽ A. C. (*v*) *Sacramentum* Ed. (*w*) *vel* Di. (*x*) = Di. (*y*) *et quandocunque* Di. *aut quantumcunque* Ed. (*z*) ∽ Di. (*a*) † *et hoc toties* Di. † *et toties mortaliter peccat* A. C. Ed. (*b*) = A. C. *In hac sententia tam sancti doctores quam jurisperiti sunt concordes* Ed. (*c*) *ut* A. (*d*) = C. *beatus* A. Ed. (*e*) *supra* C. (*f*) *supra* A. C.

*_Quarto_* (_g_) _Sententiarum_, praedictis concordans, respondit: » Quia via est lata, quae ducit ad perditionem, et multi intrant per eam, ut dixit ipse Jesus, summum Caput *omnis* (_h_) Ministerii et Sacrorum *Ministrorum, et* (_i_) totius Ecclesiasticae Hierarchiae." Jura Canonica, quamquam sub aliis † (_k_), huic concordant sententiae, quia dicunt, quod omnis existens in *mortali peccato* (_l_) est suspensus quoad se, et a Deo, sive Jure divino; ut _Extra_, [_Decretal._ L. III. Tit. II.] de _Cohabit. Cler. et mulier._ Cap. finali [10.]. Et secundum _Hieronymum_, in _Sophonia_; ut [_Decr._ P. II. C.] I. Q., I. Cap. [90.] _Sacerdotes._ Et [_Decr._ P. I.] LXXXI. _Dist._ Cap. [20] _Ministri._ Unde Levit. XXI. dicitur Mosi a Domino; » Loquere ad Aäron: Homo de semine tuo, qui *habuit* (_m_) maculam, non offerat panes Deo, nec accedat ad ministerium; quia qui maculam habet, contaminare non debet Sanctuarium: Ego Dominus, qui sanctifico." _Macula_ *enim* (_n_) spiritualiter mortale peccatum intelligitur. Unde in hoc, quod sibi a Deo et Jure divino inhibitum et vetitum est, ne aliquid sui ordinis, ut minister Ecclesiae, exsequatur, hoc est, esse suspensum a Deo et Jure divino, † (_o_); quo tenetur, secundum Dei praeceptum, ipse se ipsum *propriae* (_p_) conscientiae freno ab hujusmodi executione continere, sine juris humani *constitutivi* (_q_) suspensionis sen-

ten-

(_g_) _quartum_ C. (_h_) _omnis sacri_ A. Ed. _totius sacri_ C. (_i_) _ministeriorum_ Ed. (_k_) † _verbis_ A. C. Ed. (_l_) _peccatis mortalibus, vel in mortali peccato_ Ed. (_m_) _habuerit_ Ed. (_n_) = Ed. (_o_) † _et_ A. C. Ed. (_p_) _proprio_ A. C. Ed. (_q_) _constitutionis_ C.

tentia, hoc est, quoad se tantum, esse suspensum. *Audite* (r), omnes Clerici! *aeternas* (s) rationes. Si enim in Veteri Testamento *sacra* (t), quae non justificabant, sed quae erant *figura* (u) et umbrae futurorum, immundis et corporaliter maculatis neque tangere, neque tractare fas erat, ne forte morerentur; quanto magis *modo* (v) horribile est, veritate revelata, vera et immaculata *sacra* (w) et officia divina, Clericis in mortali † (x) existentibus, *tractare* (y), quorum mentem Diabolus per mortale peccatum inhabitat, sine vita spirituali mortuorum et immundorum. *Sed* (z) heu! *ut* (a) dicitur II. ad Corinth. VI°. » Quae nunc est participatio justitiae," officii aut sacri ministerii, aut Sacramenti, » cum iniquitate" *officiantium, consecrantium aut ministrantium* (b), » aut quae societas lucis ad tenebras, aut quae conventio Christi ad Belial?" Non enim est communis, imo verius diabolica pravitas, in peccato mortali ministrare. Unde *Bernardus*, in Libro de *Colloquio Simonis et Jesu*, de ministerio *Clerici* (c) cujuslibet loquens, » coeleste" inquit » tenet officium Angelus Domini exercituum. Factus *est* (d) tanquam angelus: aut eligitur aut reprobatur. Inventa quippe in angelis pravitas districtius vindicatur et inexorabilius." Haec *Bernardus*. *Dionysius* (13) autem in

(r) *Judicent* Ed. (s) *legitimas* A. C. Ed. (t) *sancta* Ed. (u) *figurae* C. (v) = C. (w) *Sacramenta* Ed. (x) † *peccato* C. (y) *contrectare* Ed. (z) *Et* A. C. Ed. (a) = Ed. (b) *officiantis, consecrantis aut ministrantis* Ed. (c) *Cleri* Ed. (d) = C.

(13) Pseudo-Dionysius Areopagita.

in *Epistola ad Demophilum* sit ait: » Quare non est fas, sicut sancta eloquia dicunt, neque ea, quae justa sunt, non secundum dignitatem exsequi. Oportet enim unumquemque sibi ipsi attendere." Et 1°. Capitulo *Ecclesiasticae Hierarchiae*, versus finem, ait: » Neque * immundis * (*e*) fas est symbola tangere." Et infra: » Mundorum quidem est munda tangere communicareque solis divinis deificata, et perfectorum perfectissimis, sanctisque sanctissimis." Haec *Dionysius*. Et ergo dico, quod * in hoc est * (*f*) injustitia et iniquitas officiantis * et * (*g*) ministrantis * distributivae * (*h*) Dei justitiae contraria, quod executionem officii et tractatum sacrorum contra aeterni dispensatoris beneplacitam voluntatem, et contra rectum ordinem officiantium a Deo praeceptum † (*i*) * injuste sibi * (*k*), praeripit * et * (*l*) usurpat. * Eo * (*m*) abundantius et enormius * peccat is * (*n*), quo altiora et majora vetita et indebita sibi arripere praesumit: longe magis, quam si quid * mere temporale * (*o*), caeteris paribus, sibi injuste * usurpasset * (*p*). Unde beatus *Bernardus*, ubi supra, de peccato Ministri Ecclesiae loquens, » in terra" inquit » sanctorum iniqua gessit, videlicet in Ecclesiasticis possessionibus, quae Sanctorum usibus * fuerunt * (*q*) assignatae, et in domo Dei, quam Sanctitudo decet, quae est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. De qua Paulus discipulum * suum * (*r*) studiose solicitans, » * ut scias " inquit * (*s*) » quomo-

(*e*) *immundi* Ed. (*f*) = Ed. (*g*) = C. (*h*) *distributioni* A. (ut videtur). (*i*) † *praesumens* Ed. (*k*) ∽ C. (*l*) = Ed. (*m*) *et* Ed. (*n*) *peccans* A. C. Ed. (*o*) *jure temporali* Ed. (*p*) *usurparet* Ed. (*q*) *fuerant* Ed. (*r*) = A. C. Ed. (*s*) ∽ C.

modo * te * studiose * (*t*) oporteat * (*u*) conversari in domo Dei." " Haec *Bernardus*. Officians autem, ut minister Ecclesiae, personam * Ecclesiae gerit * (*v*), quasi ipse in participatione et vera communione Sanctorum staret, particeps omnium timentium Deum et custodientium mandata ejus; et quasi, sicut vivum membrum Ecclesiae, de Spiritu Dei et Christi viveret, et quasi germinans et germinare faciens ad Ecclesiam ipse pertineret, hoc simulat, sed false, * subdolose * (*w*) et duntaxat apparenter, quia in mortali existens non habet vitam in se, * qui amicus * (*x*) est Dei et amicus Diaboli. » * Neque enim * (*y*) verum membrum Ecclesiae vivum sed simulatum, nec de corpore vero Ecclesiae, sed de corpore simulato," ut dicit *Augustinus*, [Libro] III°. *de Doctrina Christiana.* Non est granum, sed palea, suo tempore ab area ventilanda, et igni inexstinguibili, nisi conversus fuerit, comburenda. Verumtamen ipse * sic vere * (*z*) inimicus existens Dei et extraneus, quoad meritum et † (*a*) vitam, atque a vero corpore Ecclesiae alienus, in officio et loco amicorum * et * (*b*) intraneorum, seu domesticorum Dei positus, quasi Dei amicus et intraneus alios introducere et reconciliare Deo per preces, sacrificium et officium nititur et simulat, et velut mundus purgare potens, et ut vivus in spiritu * ad * (*c*) aliorum * mundationem * (*d*) * et * (*e*) vivificationem offerre vel officiare laborat. Quid est * hac re * (*f*) falsius, do-

(*t*) = A. C. Ed. (*u*) ∽ C. (*v*) ∽ A. C. Ed. (*w*) *subdole* Ed. (*x*) *inimicus* A. C. Ed. (*y*) *neque est* A. Ed *nec est* C. (*z*) ∽ C. (*a*) † *ad* Ed. (*b*) = Ed. (*c*) *et* Ed. (*d*) *munditiam* A. C. Ed. (*e*) *ac* Ed. (*f*) *huic rei* A. C.

dolosius, duplicius, iniquius * et * (g) praesumtuosius, et, eo vehementius, quo impudentius et frontosius hujusmodi fuerit officium replicatum et tractatum in conspectu Altissimi? Et vae primum est peccanti mortaliter, abeunti in consilio impiorum, sive a Domino recedenti; pejus et duplex vae est in peccato permanenti, sive stanti in via peccatorum: sed pessimum et triplex vae * est * (h), quod * more * (i) funiculi triplicis difficile rumpitur, * et * (k) in Cathedra pestilentiae sedenti, ut * minister * (l) Ecclesiae et dux, simulato falso, duplici doloso, hypocritae impudenti et frontoso corde et opere, * utinam * et * (m) non * (n) doctrina pestilenti, * contagiosa et infectiva * (o)! Maxime hoc dixerim, si se * scivit * (p) in hujusmodi mortali persistere, aut in hoc per negligentiam aut incuriam se * negligenter * (q) discutere omiserit, aut quia ea quae divinae Legis sunt praecepta, aut quia ea, quae divinae Legis sunt praecepta, aut quia, quae ad propria officia de humano aut divino Jure pertinent, ignoraverit. Vere hujusmodi ignorantia non excusat: sed ignorans ignorabitur, † (r) prout proh dolor! frequenter nunc videtur, et late apparet. Sed Deus emendet!

XIX. *Capitulum undevigesimum.*

* *Decimum nonum* * (s) dictum meum est, *quod Mi-*

ista est una causa, cur aliqui *opinentur* (u) eos esse solum *suspensos a Deo* (v): et male. Item notandum, quod *Innocentius*, in Cap. *Vestra*, super verbo: *Si talium*, sic dicit: „Hoc dicimus generale, quod omnium suspensorum a Jure, etiam sine sententia hominis, si crimina, pro quibus *Jus eos* (w) suspendit ab officiis vel quocunque alio actu, *sunt notoria* (x), quod cuicunque licet eos vitare in his, quae iis interdicta sunt, licet adhuc iidem suspensi tolerentur a suis Praelatis. Idem dicendum videtur in Irregularibus, quia et ipsi a Jure suspensi dici possunt. Sed si crimina, pro quibus suspensi sunt, sunt occulta, quantumcunque *sunt* (y) gravia, ut Simonia, scilicet, in beneficio, et homicidium et hujusmodi; tum evitari non debent *in his, quae* (z) ab iis accipi debent de Jure, *Articulo* (a) *Hujusmodi*. Et † (b) 23. Q. IV. *Non potest* [*Decr.* P. II. *C.* XXIII. Q. IV. Cap. 32.]." Haec *Innocentius*. Cui concordat omnino *Hostiensis* et *Henricus Boic*, in praedicto Capitulo, et *Archidiaconus* [ad *Decr.* P. II. C.] II. Q. VII. Cap. [8.] *Sacerdotes*. Unde patet manifeste ex praedicta sententia Doctorum, quod licet notorie suspensos quoscunque etiam in illis *vitare* (c) *Sacramentis* (d), quae de Jure ab iis accipi debent. Stat ergo simul, a notorie peccatoribus vel suspensis *licere* (e) Sacramenta sumere, ut dicit *Innocentius*, in Capite *Tanta* praedicto, et *licere* (f) vita,

(u) *opinantur* Ed. (v) ∽ A. C. Ed. (w) ∽ Ed.
(x) = Ed. (y) *fuerit* A. C. *sint* Ed. (z) *neque* Ed.
(a) *argumento* A. Ed. (b) † *ut* G*. (c) *vitari* A*. C.
(d) *Sacramenta* Ed. (e) *licite* Ed. (f) *licite* Ed.

stare ex causis, ut vel ipsi trahantur ad poenitentiam, vel alii similia *faciendi* (g) exemplum non *sumant* (h). Et sic ad aliquem bonum finem licet cuijuslibet indubitati peccatoris divina *vitare* (i), si crediderit quis, aliquid *talis* (k) boni ex ejus vitatione oriri, dummodo sic vitet, quod nullius peccatum prodat per suam vitationem, nec aliis ignorantibus *manifestet* (l); quod esset contra ordinem caritatis, maxime in occultis. Unde *Innocentius* in *Glossa*, in verbo *abstinere*, † (m) in Cap. *Vestra* praedicto, de talibus sic ait: „Abstinere *licet, etiamsi* (n) occulta esset fornicatio, vel si *esset* (o) aliud crimen, quam fornicatio, a proprio Sacerdote in his officiis, quae ab eo audire non cogitur, et in his Sacramentis, quae ab *eo* (p) accipere non cogitur. Qualia sunt, quae habes *Extra, de poenitentia et re*[missione], Cap. *Omnis* [*Decretal.* Lib. V. Tit. XXXVIII. c. 12.]. Et sic nota *idem* (q), quod addit, „quod sic est faciendum, si ex ejus abstinentia contra talem Sacerdotem scandalum non generetur; alias non licet abstinere.“ Haec *Innocentius*. Item non licet inducere aliquem notorium vel indubitatum Presbyterum ad ministrandum, qui alias non esset hoc facturus, nisi in casu necessitatis; ut supra, *in *Dictis* meis* (r) *vigesimo et vigesimo primo*. Et cum hoc stat, quod quis potest licite *ejus* (s) Sacramenta *accipere* (t)

(g) *facientes* Ed. (h) *sumant* A. C. (i) *vitari* A. C. Ed. (k) = Ed. (l) *manifestat* A. C. (m) † et C. (n) *etiam licet si* Ed. (o) = Ed. (p) *eis* C. a pr. m. sed correctum. (q) *illud* C. *ibidem* Ed. (r) *dicto* A. C. Ed. (s) = C.

(*t*), vel † (*u*) divina audire ab eo, quem non licet inducere, ut in *consimili* (*v*) licet aliquando † (*w*) usuram † (*x*) accipere, secundum *Thomam* in *Secunda Secundae* Q. 78. art. 4., et secundum alios post eum; *tam* (*y*) non licet inducere hominem ad peccandum, vel ad dandum usuras: *tam* (*z*) licet ab eo accipere, quando sine inductione fieri potest in *subventionem* (*a*) suae necessitatis vel alterius; scilicet, quando usurarius paratus est hoc facere et usuras exercet. Simile dicit *Augustinus* ad *Publicolam* de juramento jurantis per falsos Deos, *quo quis* (*b*) uti potest, sed non inducere ad hoc. Et cavendum est omnino in istis a contactu et consensu, ne quis, dum foveae alterius appropinquat, cadat in eam; licet appropinquare, non sic cadere. Attendat quis, ne, dum uti velit malo aliorum, ut non consentiat, vel inducat, vel communicet actui usurarii. Et ergo talia fieri non debent, nisi *manifesta* (*c*) utilitas suadeat, vel necessitas cogat. *Thomas*, in necessitatis subventione, sibi vel aliis licitum putat. Sed *Ulricus* addit, quod ratione exactae utilitatis fieri possit. Unde dicit et ipse, quod, cessante hac ratione, scilicet quando non est exactio, per utilitatem *justi* (*d*) lucri, sicut propter lucrum aleae, vel aliud simile, tunc judicatur hoc esse *mortale peccatum* (*e*), accipere mutuum ad usuram † (*f*). De quo post eum vide *Jo-*

(*t*) *audire* C. (*u*) † *ejus* Ed. (*v*) *simili* Ed. (*w*) † *ad* C. (*x*) † *pecuniam* C. (*y*) = C. *tamen* Ed. (*z*) *tamen* Ed. (*a*) *subventione* Ed. (*b*) *quisquis* C. (*c*) *manifeste* Ed. (*d*) *injusti* Ed. (*e*) ∽ Ed. (*f*) † *et* A. C. Ed.

Johannem in Summa Confessorum, Libro II. Tit. 7. *de Usuris*, Q. *44.* (g) in fine. Sicque magis est vitandum communicare alicui in divinis, in quibus homo non habet evidentem utilitatem: in Sacramentis autem † (h) accipiendis est utilitas magna. Similiter in audiendis Missis: sed non tanta. Sed non † (i) est ita evidens utilitas in adjuvando quemquam malum, aut *ipsi* (k) cooperando et serviendo in Missa, et in tali cooperatione possit timeri de consensu: et, si cooperatur aperte *ministro malo* (l) honorabilis et virtuosus vir, illum peccatorem videtur honorare. — Notandum † (m), quod duo sunt, quae faciunt, quod licite accipiantur Sacramenta a malis sine inductione. *Primo* *quando* (n) jam paratus stat ad dandum omnibus, et ergo jam perfecit totum mente, ad quod paratus stat. Moechatus est enim *jam* (o) in corde suo. Et nisi sic steterit paratus ad jurandum paganus per suos deos, vel usurarius ad tradendum ad usuram, non possint ab iis accipi usurae vel juramenta, quia hoc esset inducere istos homines ad malum internum et externum, ad quod ex se non fuissent permotus. *Secundo* habemus amplius in *malo* (p) Ministro, videlicet, quod debet et tenetur stare paratus ad ministrandum in divinis, et *hoc* (q) ad largiendum subditis Sacramenta. Nam Curatus, stans in mortali, sive ministraverit, sive negaverit Sacramenta subditis, *graviter peccat* (r), *sicut* (s) etiam non do-

(g) *xliij.* C. (h) † *ecclesiasticis* A. C. Ed. (i) † *semper* A. C. Ed. (k) *impium* A. C. Ed. (l) ∽ Ed. (m) † *est* C. Ed. (n) *quia* A. C. Ed. (o) = A. C. Ed. (p) = Ed. (q) = A. C. Ed. (r) ∽ A. C. Ed. (s) *sic* A. C. Ed.

debet * stare paratus * (t) usurarius, nec jurans per falsos deos. Vide, quod magis timendum est, accipere Sacramenta ab illis notoriis malis, qui non tenentur ea ministrare, scilicet * a * (u) non ordinariis ministris, quam ab ordinariis, ex ratione praedicta. Et, secundum *Innocentium*, ubi supra, si quis perfecte hanc rem scire voluerit de usura, juramento et Sacramentis a malis accipiendis, addiscat primo Quaestionem istam solvere: » utrum actus exterior super actum interiorem in his rebus * addat * (v) aliquid malitiae in malis, vel bonitatis in bonis?" In * hoc * (w) stat radix harum rerum. Nam, si actus exterior in se malus est, vel malitiam addit ultra interiorem * in * (x) praedictis; videtur tunc non posse mala † (y), etiam parva, fieri, vel * juberi * (z) * vel * (a) iis consentiri, vel malum augmentari, vel augeri, propter quaecunque bona supervenientia. Nodosa quaestio est, et multum ad propositum; sed non tum facit ad Sacramenta accipienda, quando debentur, vel quando quis cooperari, vel servire altari tenetur ex societatis vinculo, vel ad pacem salvandam aut caritatem. Sicut facit, quando accipit quis ad usuras, vel sicut, quando non debentur Sacramenta vel cooperationes; quia peccant Ministri * obnitentes * (b), quando debent * ministrare Sacramenta * (c). De his et aliis in his actibus vitandis et non vitandis, in suspensis, excommunicatis et irregularibus secrete vel notorie, aut in aliis peccatis aut scanda-

(t) ∽ Ed. (u) *de* Ed. (v) *addit* Ed. (w) *hac* Ed. (x) = Ed. (y) † *eorum* Ed. (z) *jubere* Ed. (a) A. C. Ed. *ab* G. (b) Sic; ut conjicio (nam certum non est), A. C. G. sed *omittentes* Ed. (c) ∽ C.

talis manifestis, aut de quibus indubitanter quis sciverit, jam postpono dicere, ad aliud tempus *hoc* (*d*) reservaturus.

XXIII. *Capitulum vigesimum tertium.*

Vicesimum tertium dictum *meum* (*e*) est, *quod de quolibet homine, cujus vita non apparet manifeste mala, aut cujus vita ad melius interpretari*, secundum Dictum meum *duodecimum, debet et possit, si talis in aliquo peccato mortali peccaverit, potest de eo *faciliter bona mens* (*f*) praesumere, cum celebraverit aut ministraverit, quod conversus fuerit ante administrationem vel celebrationem. Non autem sic leviter haec praesumtio *bona haberi potest* (*g*) vel debet de notoriis, manifestis et* † (*h*) *publicis peccatoribus, in *malitia* (*i*) *sua* (*k*) perseverantibus, aut aliis, de quibus indubitanter scitur;* de quibus inferius distinguam. Patet illud dictum ex Dicto meo *duodecimo* † (*l*). *Item* (*m*) probatur *hoc* (*n*) *per *Thomam** (*o*), supra IV. † (*p*) Dist. 24; † (*q*) qui sic dicit, *quod* (*r*) non est tutum, durante tali conscientia, quod ipse *Superior* (*s*) sit in *peccato mortali* (*t*), ipsum ad aliquid sui ordinis *inducere exsequendum* (*u*), praeter necessitatis articulum; quam tamen conscientiam *deponere possit* (*v*)

(*d*) ≐ Ed. (*e*) ≐ A. C. Ed. (*f*) ∽ Ed. (*g*) ∽ C. (*h*) † *de* C. (*i*) *malitiis* Ed. (*k*) ≐ A. C. Ed. (*l*) † *et* C. (*m*) *idem* C. (*n*) ≐ C*. (*o*) ≐ Ed. (*p*) † *sententiarum* C*. Ed. (*q*) † *per beatum Thomam Q. I. Art. III. Q. V. ad III.* Ed. (*r*) ≐ C*. (*s*) *Sacerdos* Ed. (*t*) ∽ A. C. (*u*) ∽ A. C. Ed.

(*v*), quia homo per divinam gratiam cito a *peccato* (*w*) liberatur. Et si conscientiam talem deponere non possit, non est tutum, *sed insecurum* (*x*); ipsum inducere praeter necessitatis articulum. Necessitatis *autem ejus* (*y*) articulus, secundum § *Verum* *Dist.* XXXII. * (*z*), *forte* (*a*) potest vocari necessitas baptismi, si nullus alius praesens sit, qui possit baptizare, vel forte communio eucharistiae in fine vitae, vel semel in anno, secundum *illud* (*b*) Cap. *Omnis utriusque* [*Decretal.* Lib. V. Tit. XXXVIII. Cap. 12.]. Sed manifesta mala interpretari non debent in bonum; ut dixi *supra* (*c*) in Dicto *meo nono* (*d*). Unde multipliciter cognoscitur, quod quis † (*e*) sit in mortali † (*f*), quem non licet omnino inducere ad aliquid sui officii exsequendum, secundum praedictos modos, in Dicto meo *vigesimo primo*, † (*g*) quoquomodo *sibi* (*h*) *consentiri* (*i*). *Primo* omnes notorii *fornicatores* (*k*), perseverantes in malis. *Secundo* omnes † (*l*), de quibus tibi constiterit, quod sunt occulte, manifeste, *vel* (*m*) notorie suspensi, excommunicati, interdicti aut depositi, aut absolutione indigentes. *Tertio* illi, qui sunt ex factis quibuscunque irregulares. *Quarto* illi, qui tale quid fecerint, quod manifesta et aperta indiget reforma-

(*v*) ∞ C. (*w*) *peccatis* C. (*x*) *nec est securum* Ed. (*y*) = Ed. (*z*) *beatum Thomam ibidem ad IV.* Ed. (*a*) *Dis. forte* A. (*b*) = A. C. Ed. (*c*) = A. C. Ed. (*d*) *septimo* A. C. Ed. (*e*) † *procul dubio* A. C. Ed. (in A. sequebatur: *quod quis*: sed expunctum est). (*f*) † *peccato* Ed. (*g*) † *aut* A. C. Ed. (*h*) = C. (*i*) *consentire* C. Ed. (*k*) *peccatores* A. C. Ed. (*l*) † *mali* Ed. (*m*) = Ed.

matione aut recompensatione, aut restauratione, aut restitutione, aut *scandali depositione* (*n*). Secundum *primum* modum sunt valde multi et multiplices Ministri Ecclesiae aperti et notorii peccatores mortui, quorum vita paene tota et opera plurima manifeste sunt damnata et perdita, in quibus produnt arborem fructus manifestissimi, et produnt *radicem* (*o*) palmites plurimi et expansi. Quis habens Spiritum Domini non cognoscet, secundum doctrinam Christi, eos ex fructibus inexcusabilibus? Sunt aliqui *damnatissimi et manifestissimi* (*p*) peccatores inter Clericos, qui omnes, quas dant, absolutiones, dispensationes et licentias, per conventiones antea factas, vendunt turpissime et apertissime, socii Simonis. Item sunt, quorum vita per luxuriam, per vestes turpissimas *ad nates* (*q*) et per conversationem abominabilem, est omnibus notorie *perdita* (*r*) et damnata. Et sunt, qui nihil curant, nisi *magnificare* (*s*) se super terram, *affluentes deliciis* (*t*). Item sunt, qui amplam † (*u*) et superfluam † (*v*) familiam † (*w*), apparatus magnos, qui phaleras et *aleas* (*x*) sequentes. Sunt, qui praedicant crimina eorum, sicut Sodoma et Gomorra, jactantes se et exsultantes, cum malefecerint, volentes strenuiores *et* (*y*) prudentiores reputari ex *praedictis* (*z*) mortalibus, vel quia contra Ecclesiasticas agunt Sanctiones. Sunt etenim, qui, praetex-

tu

(*n*) *scandalum deponere* Ed. (*o*) *radices* C. (*p*) ∽ C. (*q*) = Ed. (*r*) *prodita* Ed. (*s*) *manifestare* Ed. (*t*) ∽ C. *effluentes deliciis* Ed. (*u*) † *et superbam* A. C. Ed. (*v*) † *tenent* A. C. Ed. (*w*) † *suam* C*. (*x*) *alias* Ed. (*y*) *vel* A. (*z*) *peccatis* Ed.

tu consuetudinis malae, manifestissime volunt excusare res indubitanter pessimas. * Etiam sunt * (a), qui ex Jure, fractim et nequiter intellecto, non solum proprias, sed etiam aliorum malitias excusant excusationibus in peccatis. Item sunt, qui Ecclesiarum regimina aperte, pactis praecedentibus, propter quaestum temporalem locant ad annum, * vel ad annos * (b), vel ad vitam. Quae mens potest hujusmodi notorios peccatores excusare a labe criminis? Praecipue, quum viderint Presbyterum vel Clericum talia pro * majore * (c) parte vitae et creberrime actitare, * vel * (d) actitasse, † (e) exercuisse et exercere, et ea, quae talium signa sunt, adhuc continue agere, ostendere et gerere, verbo, vita et opere? Formet sibi caute quisque conscientiam: fateor, quod ego non possum istos excusare: nec debeo. De *secundo* modo sunt omnes, quicunque sententia quacunque ligati fuerint, quibus non dimittitur peccatum, nisi absolutionem quaerant legitimam, ideoque manent et perseverant in iis; similiter sunt irregulares. De *tertio* † (f) modo, quicunque homicidium fecerit secretum vel occultum, vel * qui * (g) * alias est * (h) * irregularis * (i) ex scandalo secundum divinam legem * fuerit * (k), vel * etiam * (l) ex bigamia, vel ex membrorum debilitate, omnes hi, si celebraverint contra irregularitatem, in * mortali peccato * (m) esse praesumuntur. Demum multiplices etiam sunt illi de *quarto* modo. Nam sunt occul-

(a) ∽ C. (b) *aut ad duos annos* Ed. (c) *majori* Ed. (d) *et* A. C. Ed. (e) † *et* C. (f) † *vero* Ed. (g) *quia* † *etiam* Ed. (h) *etiam* Ed. (i) *irregulares* Ed. (k) *fuerint* Ed. (l) = Ed. (m) ∽ Ed.

culti et manifesti peccatores, qui ablata non restituunt nec resignant, nec illis, quos enormiter laeserunt, satisfaciunt aut recompensant. Item, * qui * (*n*) false docuerint * (*o*), quibus impingunt fideles, et non reclamant aut reformant: et rursus, qui vera praedicantibus et emendationi proximi insistentibus injuste non desistunt resistere. Amplius sunt quicunque, * qui * (*p*) * scandala * (*q*), quibus populus scandalizatur, non removent, licet non peccent amplius in re scandali. Et sunt, qui in manifestis malis fuerunt, nec egerunt notabilem poenitentiam, * qua * (*r*) populus dici * potest * (*s*) cognoscere eos esse conversos ad Dominum, et vitam * suam * (*t*) emendasse, * etc. * (*u*). Omnes hi et similes perseverant in morte, nec eos credendum est veterem † (*v*) exuisse, aut * quod * (*w*) digne Sacramenta et divina agant, vel * celebrent * (*x*), vel * ministrent * (*y*). Ab omnium horum administratione * est recedendum * (*z*); * exeundum est * (*a*) et non tangendum, secundum modos supra dictos in * Dictis meis * (*b*) *vigesimo primo* et *vigesimo secundo*. * *Recedite* ergo, *recedite* etc. * (*c*).

XXIV. *Capitulum vigesimum quartum.*

Vicesimum quartum dictum * meum * (*d*) est, *quod nul-*

(*n*) = Ed. (*o*) *docuerunt* Ed. (*p*) = Ed. (*q*) *scandalum* A. C. Ed. (*r*) *quibus* A. C. Ed. (*s*) *possunt* A. C. a pr m sed correct. *possit* Ed. (*t*) = A. C. Ed. (*u*) = C. Ed. *et* A. (a pr. m. scriptum erat, sed expunctum quoque). (*v*) † *hominem* A. C. Ed. (*w*) *qui* Ed. (*x*) *celebrant* C. (*y*) *ministrant* C. (*z*) ∽ A. Ed. *administrationem* C. (*a*) ∽ C. (*b*) *dicto* A. C. Ed. (*c*) A. C. Ed. = G. (*d*) = A. C. Ed.

nullatenus propter quarumcunque malitiam debent aliqui, quamquam justi, se **totaliter** (*e*) *a tota Ecclesia, quae simul ex Clericis et Laicis componitur, separare, aut se, esse* **sibi** (*f*) *ipsi soli essent justi, alios contemnentes, a societate fidelium, in qua* **simul justi** (*g*) *et injusti continentur, sejungere aut dividere* (20). Hoc patet. *Nam* (*h*) tales fierent statim schismatici et divisionem facerent, scindentes Ecclesiae unitatem, pro qua, contra *Donatistas* *diversos* (*i*), multa firmat *Augustinus.* Et *idem* (*k*) quam pulcherrime declarat, in quadam *Epistola*, quam *de Unitate Ecclesiae* scripsit beatus *Cyprianus* (21). Veri autem justi, quidquid iis fit, *se non segregant* (*l*), neque † (*m*) novitates moliuntur. De quibus *Augustinus*, circa finem **primi** (*n*) Capituli *de vera religione* (22), sic inquit: » Saepe *enim* (*o*) sinit divina Providentia, per *nonnullas* (*p*) nimium turbulentas carnalium hominum seditiones expelli *etiam* (*q*) de *Christiana congregatione* (*r*) etiam bonos viros, *quamquam* (*s*) contumeliam vel injuriam

(*e*) *corporaliter* A. C. Ed. (*f*) = A. C. Ed. (*g*) ∽ Ed. (*h*) = Ed. (*i*) *divisos* Ed. (*k*) *ibidem* C. (*l*) ∽ Ed. (*m*) † *divisiones, neque* A. C. Ed. (*n*) *quinti* Ed. (*o*) *etiam* Aug. l. c. (ed. Bened.). (*p*) *nonnullos* G. (*q*) = Ed. Aug. (*r*) ∽ A. C. Ed. Aug. (*s*) *quam* A. Aug. *quasi* C.

(20) Vid. Obs. III.

(21) Videtur Noster in mente habuisse Epistolam, ad *Cornelium*, Episc. Rom. 44 sive 46. (pag. ed. Bened. 131 et 135.); nisi potius cogitaverit de Tractatu, qui inscribitur: *de Unitate Ecclesiae* (ibid. pag. 395 sqq.)

(22) Tomo *Opp.* (ed. Bened.) I. pag. 747 sqq. Cap. VI. sive Segm. 11. pag. 752, A—C.

riam suam *tamen* (t) patientissime pro Ecclesiae pace tulerunt, neque ullas novitates, *neque* (u) schismatis, *neque* (v) haeresis, *fuerunt moliti. Docebant* (w) homines, quam *vero affectu* (x), et quanta *securitate* (y) Deo serviendum sit. Talium ergo virorum propositum est, ut sedatis *turbinibus* (z) *remanere* (a), aut, si *id* (b) *non* (c) *sinatur* (d), vel eadem tempestate perseverante, vel ne *suo* (e) reditu *severior* (f) oriatur, tenent voluntatem *consulendi etiam iis ipsis* (g), quorum *morsibus* (h) perturbationibusque cesserunt; sine ulla conventiculorum segregatione, usque ad mortem defendentes et testimonio juvantes eam fidem, quam in Ecclesia *praedicare* (i) sciunt. *Hos Pater coronat in occulto* (k). Rarum *videtur hoc* (l) genus, sed tamen exempla non desunt, imo plura sunt, quam credi potest." Haec ille. Ista maxime dixerim, nequis se separet ab Ecclesiae unitate, aut ullam *faciat* (m) segregationem conventiculorum, quantacunque zizania *videatur* (n) † (o) praepollere, videantur et *succrescere* (p) paleae, sicut quidam surgentes, vel aestimantes se spirituales, fa-

(t) *vel* Ed. Aug. (u) *vere effectu* Ed. (v) *cum* Aug. (w) *moliti fuerint, docebunt* Aug. (x) *vel* Aug. (y) *sinceritate caritatis* Aug. (z) *turbationibus* Ed. (a) *aut sedatis remeare turbinibus* Aug. (b) *illud* Ed. (c) = Ed. (d) *sinantur* Aug. (e) *sui* Ed. (f) A. C. *senior* Ed. et, ut puto, G, *talis aut saevior* Aug. (g) = Ed. ∽ Aug. (h) *motibus* Aug. (i) *praedicari* Ed. Aug. (k) *Hoc coronat in occulto Pater, in occulto videns* Aug. (l) ∽ Aug. (m) *faciet* A. C. (n) *videantur* A. C. Ed. (o) † *et* Ed. (p) *succurrere* Ed.

facere nituntur. A quibus multum cavendum est, quia haec est maxima * (*q*) fovea, in * quam * (*r*), multi simplicium et minus prudentium segregantes praecipitantur hoc tempore. Licet quilibet * possit * (*s*) fugere ad solitudinem, ad desertum, vel ad solitariam habitationem; * maxime * (*t*) hoc tempore, secundum doctrinam * *Hieronymi* * (*u*)] *Decr.* P. II. C.] XI. Q. 3. [Cap. 33.], qui sic in XII. *Prophetas* dicit: » Quando ergo Vir Ecclesiasticus et prudens, atque intelligens multas impietates in ea, quae vocatur domus Dei, esse * agnoverit * (*v*), et non solum multas, sed * etiam * (*w*) fortes, * et * (*x*) quae opprimere possint justitiam, et in tantam doctorum rabiem processisse, * ut * (*y*) * accipiant praemium * (*z*) in judicio, et omnia pro muneribus * faciant * (*a*), pauperes * dimittant * (*b*) in portis, et audire contemnant; taceat in illo tempore, * non * (*c*) det * semen * (*d*) canibus, * nec mittat * (*e*) margaritas ante porcos, qui conversi * conculcant * (*f*) eas: * sed * (*g*) imitetur *Jeremiam*, dicentem: » Solus sedebam, quia amaritudine repletus * eram * (*h*)." Ergo * *recedite, recedite* etc. Sed non ipsos a societate fidelium separate, sed ab aliis * (*i*), ut praedicitur: *Exite, et immundum nolite tangere* † (*k*).

XXV.

(*q*) *hoc maxime est* Ed. (*r*) *quibus* A. C. Ed. (*s*) *posset* Ed. (*t*) *maximo* Ed. (*u*) v̄ Ed. (*v*) *cognoverit* Ed. Decr. (*w*) *et* A. C. D. (*x*) = C. (*y*) *aut* G. (*z*) *pretium* D. (*a*) *faciunt* Ed. D. (*b*) *devitent* Ed. *quoque dev.* D. (*c*) *ne* A. C. Ed. D. (*d*) *sanctum* Ed. D. (*e*) *et mittet* A. C. *et mittat* Ed. *et ne mittat* D. (*f*) *conculcent* A. C. Ed. D. (*g*) *et* A. C. Ed. D. (*h*) *sum* D. (*i*) Omnia, a: *recedite*, usque ad: *aliis* = Ed. (*k*) † *etc* Ed.

XXV. *Capitulum vigesimum quintum.*

Vicesimum quintum dictum *meum* (*l*) est † (*m*) *quod adhuc exeundum et recedendum est ab* * *omni* * (*n*) *amicitia carnali et mundana omnium* * *carnaliter* * (*o*) *et secularitier viventium.* Nam * tales * (*p*) variis modis socios et amicos * coinquinant * (*q*): primo per colloquia. Sed maxime a fermento Pharisaeorum * cavendum est * (*r*), et ab inani philosophia, ut * ait * (*s*) Apostolus, secundum elementa hujus mundi, et † (*t*) omnibus haereticis et errantibus, * quorum * (*u*) morbus ut cancer serpit, maxime infirmi debent * se ab his * (*v*) abstinere, quamvis non consentiant, nec sint infecti; sed ne consentiant, aut inficiantur, aut debilitentur. Similiter * mirabili modo * (*w*) inficit et infirmat et scandalizat aperta malitia Ministrorum et aliorum carnalis conversatio eos, qui cum iis conversantur, vel iis se consociantes, maxime laïcos et debiles. Ideo cavenda est caute eorum societas, quantum ordo et status hominis permittit. Unde *Augustinus*, in *Sermone de verbis Euangelii*: » A malis semper corde * disjungimini * (*x*), ad tempus caute corpore copulamini." Maxime carnalis amicitia carnalium iniquorum est cavenda Spiritualibus, vel intendentibus ad spiritualia, quia carnales sibi crebro volunt ad cor eorum carnale serviri et famulari.

* Et *

(*l*) = A. C. Ed. (*m*) † *illud* Ed. (*n*) = C. (*o*) *carnalium* A. C. Ed. (*p*) *talis* Ed. (*q*) *ocin* (*coin*) *quinat* Ed. (*r*) = C. (*s*) *dicit* A. C. Ed. (*t*) † *ab* A. C. (*u*) *quarum* Ed. (*v*) ∽ C. (*w*) ∽ Ed. (*x*) *distinguimini* Ed.

Et (y) ideo Deus ab uxoribus infidelium Judaeorum *strictissimis* (z) praeceptis prohibuit. Et vere, cum tu superbo amicitia *conjungeris* (a) vel avaro, cum ipse sibi ad pompam, *vel* (b) ad avaritiam, finem vitae et totam mentem applicat, quidquid sibi infundis de temporali favore, vel de bono fortunae, hoc in *suae* (c) avaritiae vel superbiae arcam et foveam infundis. Quid est ergo aliud, cum sibi faves, vel consulis, vel ipsum juvas, ut est amicorum, quam avaritiae saccum, *superbiae pompam* (d) adimplere? Tu enim, si servis servo avaritiae, numquid servus es avaritiae? Qui servit servo, servit domino servi, ad quem spectat, quidquid *servus acquirit* (e). Et si carnalis amicus es inimici Dei, videris Dei inimicus, sicut *etiam* (f), qui amicus est mundi, *Dei inimicus* (g) constituitur, ut dicit *Jacobus* Apostolus. Et numquid appellatione *mundi* homines mundani et carnales continentur? *Sed* (h) spiritualis homo maxime debet fugere carnales amicitias, quia simul *diu stare* (i) non potest contrarietas. Quid tibi commune cum avaro? Omnia appetis sibi contraria. Omnia laudas, quae ipse vituperat. Omnia vituperas, quae ipse laudat. Non patitur discors mens, impar vox, dissonans vita protrahi amicitiam aut prolongari. *Expende* (k), quomodo tibi si-

(y) = A. C. Ed. (z) *strictissime* A. C. Ed. (a qua abest *praeceptis*) (a) *jungeris* A. C. Ed. (b) *et* A. C. Ed. (c) *suam* A. C. Ed. (d) *vel superbiae* A. C. Ed. (e) *dominus adquirat* Ed. (f) *enim* Ed. (g) ∽ Ed. (h) *unde* A. C. (i) ∽ A. C*. *diu* = Ed. (k) *perpende* A. C. Ed.

simul crucifixus potest esse mundus, et tu si amicus esse potes? Unde *Josaphat*, qui tot de ante acta vita praeconiis laudatur de *Achab* *regis* (*l*) *amicitiis* (*m*) paene periturus increpatur; cui per Prophetam *II* (*n*) *Paralipomenorum*, XIX Capitulo, dicitur a Deo: » Impio praebes auxilium, et his, qui *oderunt* (*o*) Deum, amicitia jungeris. Idcirco iram Dei quidem *merebaris* (*p*), sed bona opera inventa sunt in te; eo quod abstuleris lucos de terra Juda." Unde *Petrus Damianus*, in libro *de Contemtu mundi*, sic ait: » Malorum amicitiis dum incaute jungimur, culpis ligamur." Et infra sic dicit: » Quem enim vox *illa apostolica* (*q*) non terreat, qua nobis contestans *Apostolus* et a contubernio malorum revocans, clamat, IIa ad *Thessalonicenses* III°, dicens: » *Denunciamus* (*r*), *inquit, vobis* (*s*) in nomine Domini Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam *tradidimus vobis* (*t*)." Si ergo ab his omnibus nosmet ipsos debemus caute subtrahere, quos non secundum traditionem apostolicam cernimus ambulare, quanti in seculari *persistunt* (*u*) ordine, cum quibus absque periculo non *valemus* (*v*) contubernium societatis habere! Porro, qui *traditione apostolica* (*w*) *contemta* (*x*) aliam doctrinam, sive* (*y*)

(*l*) *rege* A. C. (*m*) A. C. Ed. *amicitii* G. (*n*) = C. (*o*) *oderant* Ed. (*p*) *me* (oe) *chaberis* A. C., sed ad oram adscriptum: 1.) secundum alios: *mulctaberis*, 2.) verba sunt: *iram Dei quidem merebaris*. (*q*) ∽ A. C. Ed. (*r*) *denuncio* C. Ed. (*s*) ∽ Ed. (*t*) *accepistis a nobis* Ed. (*u*) *pre(ae)sistunt* Ed. (*v*) *valeamus* Ed. (*w*) ∽ A. C. Ed. (*x*) *contemtam* Ed.

(*y*) dogmatizando sive vivendo, superinducere nititur, orthodoxi et religiosi viri consortio perfrui non meretur, Apostolo *Johanne* testante, qui † (*z*) ait: » Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave! ei dixeritis. Qui † (*a*) dixerit ei: ave! communicat operibus ejus malignis." Quibus nimirum apostolicae veritatis sententiis instructi evidentissime * approbamus * (*b*), quia qui cum secularibus hominibus carnaliter amicitias jungunt, alieni * reatûs * (*c*) participes fiunt, et cum illis extremae ultionis coguntur subire judicium, cum quibus tamen in hac vita non admisere peccatum. Haec ille. Et idem *Petrus*, in Cap. * praecedenti * (*d*), sic dicit: » Quos ergo ad aliam cernimus patriam tendere, scilicet * ipsius * (*e*) Diaboli, non debemus in via noxiae societatis glutine foederari, ne quos inordinatus amor associat, simul etiam poena extremae ultionis involvat." Haec *Petrus*. Qui ibidem de vitandis tam excommunicandis quam excommunicatis quaedam alia praelibat, de quibus taceo * pro * (*f*) praesenti. Verum † (*g*) omnes * etiam * (*h*), tam malos quam bonos, spiritualiter amare debemus et spirituali * jungi * (*i*) amicitia, et, si necesse vel congruum fuerit, * etiam * (*k*) societate corporali conjungi; maxime, si fortes fuerimus, ne, si debiles sumus, cum alios ad nos * spiritualiter * (*l*) trahere * nitimur * (*m*)

(*y*) = Ed. (*z*) † *sic* A. C. Ed. (*a*) † *enim* A. C. Ed. (*b*) *approbationem* Ed. (*c*) *reatis* Ed. (*d*) *praecedente* Ed. (*e*) *ipsis* Ed. (*f*) *de* A. C. Ed. (*g*) † *etenim* Ed. (*h*) = Ed. (*i*) *jungere* Ed. (*k*) *et* Ed. (*l*) = C.

(m), *nos ipsos* (n) carnaliter tractos sentiamus. Nec sunt haec nostra, *sed* (o) praedicti *Petri*, verba dictis *Augustini* et aliorum *non* (p) contraria, qui dicunt, recessum et exitum a malis non intelligi, ut recedendum sit corporaliter ab omnibus talibus; imo totaliter unisona. Nam, si eorum carnalia facta non probamus, sed improbamus et dissentiamus, tunc † (q) carnalibus carnaliter non conjungimur eorum societati vel amicitiae. Unde *Augustinus*, in *Sermone de verbis Domini*: » Neque ergo consentientes sitis malis, ut approbetis, neque negligentes, ut non arguatis, neque superbientes, *ut* (r) insultantes arguatis; quia tunc amicitia *spiritualis* (s) esse non poterit." Sed inquit *Permenianus* Donatista: » Quomodò incorruptus esse poteris, qui corruptis *sociaris* (t)?" Respondit *Augustinus* Lib. II. *contra eumdem*: » Ita plane sociatur, si malum *aliquod* (u) cum iis *committat* (v), aut committentibus *faveat* (w): si autem neutrum fiat, nullo modo sociatur." Unde *Augustinus* prius in eodem *Libro* ponit hunc ordinem, ut *primo* nec faveat nec consentiat aliorum malis; quia hoc est, *non tangere immundum*, sed odire carnalem conversationem: *secundo*, ut, quicquid potest arguendo corrigere, corrigat; quia hoc est, carnalem hominem spiritualem facere et reparare: *tertio*, si corrigere non potest, quod ipsum salvo pacis *vinculo* (x) excludat, vel per sententiam, si *fuerit* (y)

(m) *innitimur* Ed. (n) *nosmet ipsos* A*. (o) *et* A. C. Ed. (p) = Ed. (q) † *in* A. C. (r) *et* Ed. (s) *carnalis* A. C. Ed. (t) *socieris* C. (u) *aliquid* Ed. (v) *committit* Ed. (w) *favet* A. C. Ed. (x) = G.

(y) judex, vel per conversationem, si fuerit privatus. Et, si salvo pacis vinculo eum excludere non potest, † (z) *aequitatis* (a) † (b) firmitate supportat, hic est pacificus, *et* (c) ab *illo* (d) maledicto liber est; quod scribitur *Jesaïae* V°. „ Vae vobis, qui dicitis malum bonum et bonum malum." Rursus est adhuc, de quo volo Spirituales esse praemunitos in societate malorum, quia saepe eorum mens, cogitando mala *alierum* (e), sicut *fornicationes* (f), † (g) adulteria *et alias* (h) injustitias, inficitur et *maculatur* (i). Et ideo est cogitatione ab eorum malis recedendum et ad divinam imaginem in iis, et *ad* (k) naturalia eorum bona et dona mens nostra est vertenda. Non enim *quis invenitur* (l) tam malus, quin, si recte consideres Dei dona et naturae gratis* (m) data, in *eo* (n) grandia et dulcia invenies multiplicari et praepollere. Consideremus *etiam* (o), quod nuda phantastica mala etiam praeter delectationem habetant mentem et inficiunt, etiam si mens ea horreat; ut patet in *legendo haereticas doctrinas* (p) mentem pollui et nauseam spiritualem *excitare* (q), quam spirituales viri eatenus sustinent: sicut mulier, propter praeceptum Ecclesiae, nullo carnis impe-

(y) *fueris* Ed. (z) † *a consortio* C. Ed. (a) *aequitate* A. C. Ed. (b) † *improbis ac* A. C. *improbos ac* Ed. (c) = Ed. (d) *isto* A. C. *omni* Ed. (e) *alienorum* C. (f) *fornicationem* A. C. Ed. (g) † *et* A. C. Ed. (h) *aliorum et* A. C. Ed. (i) *immaculatur* Ed. (k) = A. C. Ed. (l) ∞ C. (m) Omnia haec, a. v. *quis* usque ad: *gratis* = Ed. (n) *iis* Ed. (o) = A. C. Ed. (p) *legendis haereticis doctrinis* A. C. *ex leg. h. d.* Ed. (q) *ex* (h) *alare* Ed.

petu ad hoc permota, malens ex se abstinere * a * (*r*) marito, solvit maritale debitum; maculatur et hebetatur mente, sed duplicatur sibi sanctitas; ut dicit *Augustinus super Ps. XLV.* Sed non est simile de pollutione haeresis et solutione debiti * maritalis * (*s*), sicut est de cogitatione malitiae alterius hominis, quia hanc tenemur a mente removere et bonitatem Dei et dona adspicere. Nam malitia est privatio et pure nihil; unde directe adspici non potest a mente pura, nisi per habitum. Si enim corripiendo vel monendo aliorum malitias cogitare cogeremur, cavendum est, sicut in coïtu praedictae mulieris, et sicut in lectione haeresium * reprobativa * (*t*). Et si bene caverimus, sanctitatem aestimo duplicari in summa ratione, et non * in * (*u*) inferiore ratione, quae hebetatur, quae circa phantastica versatur, quia omnis haeresis est in phantasmate, ut saepe repetit *Augustinus*, et fidelis quisque experitur, * vel * (*v*) potest experiri.

XXVI. *Capitulum vigesimum sextum.*

Vicesimum sextum dictum meum est, *quod quicunque Presbyteri suspensi, excommunicati, interdicti, depositi aut degradati, etiamsi haeretici et schismatici fuerint*, † (*w*) * *dummodo credant et intendant Sacramenta conficere, aut consecrare* * (*x*), *et dummodo materiam debitam et formam Ecclesiae * observent* * (*y*), *vera et indubitata et illibata dant * et ** (*z*)

(*r*) = A. C. Ed. (*s*) = C. Ed. (*t*) *approbativa* C. *reprobata* Ed. (*u*) = Ed. (*v*) *aut* Ed. (*w*) † *et* Ed. (*x*) Omnia a v. *dummodo*, ad v. *consecrare*, = Ed. (*y*) *observant* C.

(z) *conferunt et conficiunt Sacramenta.* In hoc consentiunt *omnes sancti Doctores* (a). Hoc ante *Augustinum* (b) et post *Cyprianum* sancta et universalis Ecclesia determinavit; *ut* (c) dicit *Augustinus* in VI° Libro *de Baptismo.* Et hoc *Augustinus* loco clarius, et post eum *omnes* (d) sancti *Doctores* (e) probant; maxime *Augustinus*, in libris suis *Contra Donatistas* haereticos contrarium sentientes, et in diversis locis *super Johannem*, et praecipue in VI Libris suis *de Baptismo*, ubi reprobat sensum *Cypriani* et suorum secum in Concilio Carthaginensi congregatorum. Unde, in V° Libro *de Baptismo*, *respondet* (f) verbis et sensibus omnium Episcoporum praedicti Concilii, et *cuilibet* (g) singulariter, et omnia confirmat Scripturarum auctoritatibus et firmissimis rationibus. Error vero *Cypriani* et suorum non ob aliud, ut ait *Augustinus*, cepit eos, nisi quia Sacramentorum effectum, usum et profectum ab ipsis Sacramentis non distinguebant. Etiam *Cyprianus* fatetur, Sanctos ante se *sibi* (h) contrarium sensisse, et cum sua opinione noluit scindere unitatem Ecclesiae, non separans, sed admittens † (i), qui tempore suo aliter et *contrarium* (k) sibi *senserunt* (l), aut qui ab haereticis et aliis baptizati, contra suam opinionem se dicebant. Quam unitatem si scidisset, non habuisset partem cum Christo. Sed vere eam *aper-

tis-

(z) = A. C. (a) ∞ Ed. (b) *Augustinus* Ed. (c) *et* a pr. m. *ut* ex corr. G. ut A. C. (d) = Ed. (e) = C. (f) *respondit* Ed. (g) *cujuslibet* Ed. (h) = Ed. (i) † *eos* Ed. (k) *contrarie* Ed. (l) Ed. *sentierunt* A. C. G.

tissime * (m) in hac parte retinuit et tenendam pulcherrime in quadam * *Epistola* sua * (n) declaravit. Non fuit velox ad membra Christo abscindenda, sicut et Patres nostri sancti omnes; sicut heu! jam citissime * se separant * (o) anathemate Christiani ab invicem. Nescio quo spiritu cito frangitur vinculum pacis. Et notandum, quod, sicut de * Baptismo * (p), sic * et * (q) de aliis Sacramentis omnino est dicendum, * quia * (r) integra conficiuntur a malis, forma et materia, ut supra dixi, debitis * servatis * (s). Nec est fas, in dubium revocare, quod universalis Ecclesia sic determinavit, et quod patet per * convenientiam * (t) omnium Sanctorum post determinationem * Ecclesiae † (u). Mirandum est de multis Glossis *Decretalium* et *Decretorum*, * quod * (v) hoc in dubium * alii * (w) revocant, * alii * (x) videntur * sentire * (y) periculosissime contrarium. Hoc procul dubio, audeo dicere, ex ignorantia determinationis Ecclesiae processit, et ex ignorantia virium Sacramentalium: et ex his, quod quidam in dictis Sanctorum viderunt ramos et non radices, superficialiter ea intelligentes, et Sanctorum determinationes radicitus non perspicientes. Item venit ex hoc, quod * modum * (z) loquendi *Gratiani* non intelligunt, qui, pro *Concordantia discordantium Canonum*, aliquando falsa di-

(m) *optime* Ed. (n) ∽ A. C. Ed. (o) *separantur* Ed. (p) *baptismate* A. C. Ed. (q) = A. C. *etiam* Ed. (r) *quod* A. C. Ed. (s) *reservatis* A. Ed. *observatis* C. (t) A. G. *sequentiam* C. *consequentiam* Ed. (u) A. C. *ecclesia* † *servavit* G. (v) *quomodo* Ed. (w) *aliqui* A. C. *aliquando* Ed. (x) *et aliqui* A. C. *et aliquando* Ed. (y) *consentire* C. (z) *modi* G.

dicta; ut *Cypriani*, in hac parte posuit, non approbative, sed proponendo, ut sciretur † (*a*) eorum solutio, sicubi dicta ejus a quoquo *alicubi* (*b*) inveniantur. Sic et *Magister Sententiarum*, in IV. Dist. 13, videtur *aliqualiter* (*c*) dubitare de Eucharistia eorum, qui non sunt *intus* (*d*) Ecclesiam, *scilicet* (*e*) excommunicatorum haereticorum. Sed si credant illud Sacramentum veraciter, ut dicit in fine, non est dubium eos conficere. Sed deficiente fide circa idem Sacramentum deficit intentio consecrandi, et consequenter deficit forma Sacramenti, ut ibi. Et quia *consequentes fuerint* (*f*) jam haeretici circa Sacramenta, ideo maxime ab eorum Sacramentis *cavendum est* (*g*), *et* (*h*) praecipue, ne Ordines de tali suspecto haeretico accipiantur; quia, si Sacramenta illa non credant, vel si non credant se dare quid sublime, et *veros characteres* (*i*), jam non dant illa. Sunt enim multa pericula in Sacramentis accipiendis ab haereticis suspensis et excommunicatis. *Primo*, ut praedicitur, *qui* (*k*) non crediderint Sacramenta, non dant *vera Sacramenta* (*l*). *Secundo* maxime in Ordinibus, quia non dant executionem Ordinum. *Tertio*, quia non absolvunt in foro poenitentiae, quia non habent potestatem super corpus mysticum, nec materiam, ex quo iis per suspensionem, *depositionem* (*m*)

(*a*) † *ut* G. (*b*) *aliquando* C. a pr. m. sed correct. (*c*) ⊏⊐ Ed. (*d*) A. G. *intra* C. (*e*) *sed* Ed. (*f*) Ita, ut videtur, A. C. G. sed: *communiter fiunt* Ed. (*g*) ∽ Ed. (*h*) *etiam* Ed. (*i*) ∽ Ed. (*k*) *si* A. C. Ed. (*l*) ∽ Ed.

(*m*) vel excommunicationem, omnis subjectio subtracta est. Et ideo, quia *iis deficit* (*n*) materia, deficiunt in dandis poenitentiis et absolutione; materiam *dico* (*o*), in quam et circa quam sunt operaturi. De horum omnium nocumentis et cautelis, et contra damna horum, et de agnitione haereticorum *illius* (*p*) temporis, spero me aliquid modicum alias dictorum et scriptorum. Tempus modo non patitur, quia longius et diffusius, quam credidissem † (*q*), propter parvulos haec scripsi † (*r*) in nomine Domini, qui sit benedictus in Secula Seculorum. Amen.

Hic est finis istius Tractatus de fornicatoribus Presbyteris et Focaristis. Anno Domini *1459* (*s*) i. (*t*).

(*m*) = Ed. (*n*) ∽ C. Ed. (*o*) = Ed. (*p*) *istius* C*. (*q*) *evagatum me video* Ed. (*r*) *scripsisse fateor* Ed.

(*s*) 1479 / 1459 } Perperam alibi numerus exhibitus est 1479, quod sic fuisset scriptum: 14∧9.

(*t*) Explicit *Sermo de Focaristis* venerabilis viri « *Gerardi*» Magistri, dicti *Groet*, de Daventria; quem praedicavit communi Clero Ecclesiae Trajectensis, anno Domini M°. CCC°. LXXXIII°, in Vigilia Assumtionis beatae Mariae Virginis. Qui erat magnus zelator castitatis et malleus haereticorum. A. — (In C. nulla invenitur subscriptio). — Explicit Sermo Reverendi Magistri Gherhardi dicti Groet, de Focaristis. Ed.

Dus vente GROOTE's, zoo beroemd gewordene, *Sermo contra Focaristas*. Waarschijnelijk is dezel-

zelve niet zoo uitgebreid geweest, toen hij dien *coram Clero Trajectensi* uitsprak (*praedicavit*, zoo als een der Afschrijvers zich uitdrukt), maar naderhand aangevuld en breeder uitgewerkt. Daartoe, en, intusschen, tot het doen eener nadere verklaring, aangaande den waren zin en meening van hetgeen hij gepredikt en geschreven had, werd hij genoodzaakt door de lasteringen, welke dienaangaande, door zijne vijanden, verspreid waren (23), en welke hij scheen aldus het best te kunnen wederleggen. Ik laat dezelve hier nu onmiddelijk op den *Sermo* volgen.

GHERARDUS, DICTUS MAGNUS, DIACONUS.

(*Ex Codice Trajectensi B.* (24)).

' Ut, quae circa materiam notoriorum fornicatorum scripsi aut dixi, dico et dicturus sum, pateant manifeste et clareant (25) unicuique [*me*] calumniantium et vias Domini rectas odientium, qui aliquando [*id agere*] non desinit [—*nunt?*], [*ut*] me quaecunque aliter dixisse aut scripsisse, quam dixi, dico aut dicturus sum, mendaciter confingant. Ideo cupio ea unicuique palam fieri, et omnes scire, quae in hac materia intendo defendere, judicio Sanctae Romanae Ecclesiae sem-

(23) Zie Obs. IV.

(24) Fol. 20. verso, ad fol. 22. versum.

(25) Sequentia vix recte legi possunt. Deesse aliquid ad auctoris mentem et sententiam omnino videtur. Igitur pauca quaedam ex conjectura scribi oportuit.

semper salvo, et omnium melius sentientium, quibus in omnibus et per omnia, in his et in aliis quibuscunque, quae dico et dicturus sum, scribo aut scripturus sum, humillime me submitto. Accipiant, aut corrigant, aut contradicant, si sint quae possint, tradentes in scriptis, quae docere velint: sicut ego in omnibus meis promtus sum et paratus, omnia dicta mea scriptis tradere et ostendere. Inspiciant Leges aeternas, Rationes verissimas, Scripturas canonicas, doctrinas Sanctorum; instituta Seniorum, decreta Patrum atque Ecclesiasticas Sanctiones videant, et invenient mea illis congrua et consona; atque ex illis fundari et radicari unice, pie in Christo desidero, ut id ipsum uno corde et uno ore sentiamus et dicamus.

Primum dictum est, quod quicunque Presbyteri suspensi, excommunicati, interdicti, depositi aut degradati, etiamsi haeretici et schismatici fuerint, dummodo credant et intendant Sacramenta conficere aut consecrare, et dummodo materiam debitam et formam observent, vera et indubitata et illibata dant, conferunt et conficiunt Sacramenta.

Secundum dictum est, quod Minister Ecclesiae, in sacris Ordinibus constitutus, in mortali existens, celebrans aut ministrans in officio aliquo ecclesiastico, in persona Ecclesiae, peccat mortaliter, et toties, quoties celebrat, vel quoties in aliquo officio Ecclesiastico ministrat.

Tertium dictum est, quod nulla potentia, etiam Summi Pontificis, vel alterius cujuscunque hominis super terra, potest dispensare, praecipere vel cogere, quo magis quis, in peccato mortali existens, in suo offi-

ficio, in persona Ecclesiae, valeat vel debeat ministrare vel celebrare.

Quartum dictum est, quod Sacerdos vel Minister Ecclesiae potius deberet beneficia vel officia quaecunque resignare, et minas, metus, poenas et omnia mala pati, quam in peccato mortali existens celebraret vel ministraret in aliquo Ecclesiastico officio, in persona Ecclesiae.

Quintum est, quod graviter et mortaliter peccat, si quis scienter consulit aut consentit peccato tali mortali, quod per hujusmodi Ministros, in peccato mortali existentes, ministrando aut celebrando perpetratur. Rursus et ille graviter peccat, qui potest licite, ex officio, aut secundum ordinem caritatis, impedire, et non impedit, talem a tali celebratione aut ministerio; totaliter (u) peccat.

Sextum dictum est, quod graviter et mortaliter peccat, sciens talem ministrantem in peccato mortali existere et manere, qui eum inducit aut trahit ad Ecclesiae Sacramenta ministranda aut conferenda, aut ad aliud sui ordinis in persona Ecclesiae exsequendum; praeter in necessitatis articulo, quem in omnibus his excipio, quoniam doctores eum excipiendum decernunt. Et in hoc est caute notandum, quod licet crebro a malis Ministris Sacramenta sumere, quos ad ea consecranda et ministranda, praeter articulum necessitatis, non licet scienter trahere aut inducere, ut in simili de Usura dicitur. etc.

Septimum dictum est, quod adhuc pejus est, tali mor-

(u) An: *mortaliter*?

mortuo Ministro scienter praecipere aut jubere, ut aliquibus sui officii in persona Ecclesiae exsequatur. Similiter dammabile est, notorios peccatores, quos sciverit quis in mortali peccato continuo perdurare, ad aliquod officium, beneficium vel ordinem Ecclesiasticum promovere aut ordinare, vel curam omnium sibi committere, vel eum in partem curae constituere, ut in his ministret in persona Ecclesiae.

Octavum est, quod in dubio debet quis Ministrorum Ecclesiae mala excusare, et, si potest, in partem interpretari meliorem; atque, si factum excusare non potest, excusare saltem intentionem, si potest. Sed manifesta, aperta et indubitata mala, ut fornicationes apertas, et quaestus aperte turpissimos, et similia plurima, nullus sanae mentis debet excusare, sed omnino debet omnis Dei amator talibus dissentire et tales, salvo caritatis ordine et pace Ecclesiae, corripere, corrigere et improbare.

Nonum est, cum quis veraciter sciverit, aliquod peccatum mortale Ministri Ecclesiae, in aliis honeste et canonice viventis, ut decet Sanctam Ecclesiam, quod Clericum leviter quis potest praesumere contritum et poenitentem, et quod alias non celebraret ac ministraret, nisi conversus fuerit: quia conversio peccatoris cito et in instanti fieri possit.

Decimum est, quod, quoad hoc, non potest quis sic leviter praesumere Presbyterum et Ministrum constitutum, cujus tota vita est manifeste criminosa, carnalis et mundana, in malis perseverans, aut qui aperte etiam talia egit, in quibus interior satisfactio non sufficit coram Deo, sed in quibus oportet, quod sit Ecclesia exterior, iniquorum gestorum aperta reformatio, aut

aut rerum aperte et injuste detentarum restitutio; aut si alia quaecunque mala perpetraverit, quae nondum reparaverit aut reformaverit, quae indigent manifesta satisfactione, recompensatione, resignatione aut scandali depositione, sine quibus non potest quis perfecte et vere poenitere; aut qui indiget, propter crimen, absolutione, dispensatione aut restitutione, quam nondum habet a manifestis, quibus ligatus est, vinculis Ecclesiasticis, scilicet excommunicatione, suspensione et irregularitate.

Undecimum est, quod, inter omnes malos Ministros, maxime in his cavendi sunt, juxta praemissa, fornicatores notorii; sive sint notorii per propriam in judicio confessionem, sive per sententiam judicis, sive per facti evidentiam, quae nulla possit tergiversatione, id est, dissimulatione, celari; sive talem evidentiam facti habuerint cum muliere secum vel alibi habitante; quia multis hi reformationibus indigent patentibus, ac, infra dicetur, se debent perfecte conteri.

Duodecimum est, quod Missam hujusmodi notorii fornicatoris, quamvis non sit monitus nec denunciatus, nullus debet audire: et quod graviter contra praeceptum Ecclesiae et Canonem, imo, secundum beatum *Thomam*, mortaliter peccat, qui Missam notorii fornicatoris scienter audiverit.

Decimum tertium est, quod, quamvis tam Clericus, quam Laicus, audiens Missam notorii fornicatoris, secundum beatum *Thomam*, mortaliter peccat, tamen longe magis peccant in hac parte Clerici quam Laici, si una cum illis notoriis fornicatoribus divinis intersint, aut Missis, aut iis in hoc consenserint et faverint,

aut

sunt eos in hoc juverint, defenderint ac promoverint.

Decimum quartum est, quod audiens Missam notorii fornicatoris, secundum dictum beati Thomae, non excusatur ex hoc, quod Praelati Ecclesiae tales notorios fornicatores sustinent; quia, quod Praelati tales sustinent, secundum *Thomam*, est propter negligentiam, vel propter miseriam vel defectum Praelatorum, vel qui non corrigunt alios, cum in se multa corrigenda cognoscant. Alioquin etiam est propter *commiserationem* (v). Unde etiam communiter Jurisperiti dicunt, divina officia publicorum fornicatorum fugienda, quamvis eos Ecclesia vel Praelati Ecclesiae sustineant. Unde patet, quod peccatum hoc maxime in capite Praelatorum redundat; licet propter eos subditi non excusantur, si fornicatorum notoriorum Missas audierunt.

Decimum quintum est, quod hujusmodi notorius fornicator procul dubio ipso facto, prout dicit *Innocentius*, est suspensus omni Jure, id est, tam divino, quam humano, seu Canonico. Istud tenet *Bartholomeus Brixiensis*, *Raymundus*, cum suo Glossatore *Guilhelmo*, *Goffridus*, *Monulphus*, *Bartholomeus* in *Glossa Ordinaria*, *Bernardus*, *Innocentius*, *Hostiensis*, *Speculator*, *Johannes Monachi*, *Johannes Andreae*, *Johannes* in *Summa Confessionum*, *Henricus Boic*, *Bartholomaeus Pisanus* in *Summa* sua, *Gancelinus* et *Guilhelmus de Monte Lauduno*, *Astensis* et Sanctus *Thomas de Aquino*. Omnes hi, meo videre, hoc asserunt, quum ex proprio capite et proprio sensu loquuntur. Quibus Jura manifeste consentiunt, simul et

ra-

(v) Sic *ex conjectura* transscripsi verbum: *cmiore*.

ratio firma. Nec in hoc *Berengarius* et *Johannes*, antiquus Glossator Decreti, audiendi sunt aut tenendi, cum et ipsi fateantur, eorum tempore Jura de his loquentia fuisse latae sententiae, secundum Patrum instituta, sicut tenet universitas Doctorum supra dictorum.

Decimum sextum est, quod notorius fornicator, secundum modum dicendi Juristarum, procul dubio debet dici principaliter suspensus a Jure humano, seu a Canone, et non debet dici principaliter suspensus a Deo, licet quidam hoc dixerint et minus bene. Tamen . . . (*w*) est, quod omnis ligatio, in Ecclesia vera et recta, quarumcunque sententiarum etiam, et ex divinis legibus et sententiis, principaliter addicetur et trahatur.

Decimum septimum est, quod notorius fornicator, focariam habens, sive concubinam, in domo sua, secundum *Statutum Synodale Trajectense*, quod est latae sententiae, et secundum *Edictum Petri, Sancti Gregorii ad velum aureum* olim Cardinalis et Apostolici Legati, promulgatum est, ipso facto excommunicatus, et in conversatione, communione et societate vitandus. Et videtur, quod quoad hoc monitionem praecedere non oportet, ex quo vere notorius est fornicator per facti evidentiam, quae nulla potest tergiversatione celari. Sed haec Synodalis Constitutio illos notorios fornicatores non tangit, qui suas concubinas notorie extra domos suas retinent; licet Jura communia quoscunque notorios fornicatores premunt sine distinctione hac. etc.

Decimum octavum est, quod verior sententia est: si

(*w*) Hiat hic Codex ipse. Facile expletur lacuna, inserendo: *fatendum*, vel sim. quid.

si fornicator notorius, in suspensione et excommunicatione existens, celebraverit, aut in Ordine suo, in quocunque officio ecclesiastico, ministraverit, irregularis efficitur. Etiamsi non esset propter Constitutionem Synodalem excommunicatus, adhuc tamen, quia suspensus principaliter est a Canone, si celebraverit aut ministraverit, ut praedicitur, irregularis efficeretur. Hoc sanior pars et major Juristarum, *Bernardus* et *Wilhelmus*, Glossator *Raymundi*, *Monulphus*, *Hostiensis*, *Johannes Monachi*, *Johannes* in *Summa Confessionum*, *Gencelinus* et *Wilhelmus* in *Clementinis*, *Astensis*, *Henricus Boie*, *Bartholomeus Pisanus* in *Summa*, ex propriis capitibus dicunt; quibus etiam concordare videtur *Innocentius*; licet, cum *Vincentio*, aliqui aliter dicant. Verumtamen et eo certius est, quod dixi, si focarias in domo habentes excommunicati praedicta excommunicatione celebraverint aut ministraverint.

Decimum nonum est, quod verior et communior sententia plurium et saniorum Doctorum est, quod cum notorio fornicatore suspenso celebrante, unde irregularis effectus fuit, non potest Episcopus dispensare. Hoc manifeste dicunt Doctores ex propriis sententiis; scilicet *Hostiensis* in *Summa* et *Wilhelmus* in *Speculo*, *Johannes* in *Summa Confessorum*, *Bernardus*, *Johannes Monachi*, *Gencelinus*, *Wilhelmus* in *Clementinis*, *Henricus*, *Astensis* et *Pisanus* in *Summis*. Et patet in Jure novo, *de Sententia excommunicationis*, Cap. *Cum medicinalis*, [*Decretal. Bonif.* Lib. VI. Tit. XI. C. 1.] et *Extra*, *de Sententia et re judicata*, Cap. *Cum aeterni*, [*eod.*] Libro VI°. [Tit. XIV. C. 1.]. Aliqui tamen contrarium dixerunt, quod *Johannes Andreae* eleganter reprobat, quoad suspensos in communi, in-

Novella super *Sexto*, *Extra*, *de Sententia et re judicata*, Cap. *Cum aeterni.* [Lib. VI. Tit. XVI. C. 1.].

Vigesimum est, quod notorius fornicator non vere poenitet, qui se a carnali amplexu mulieris totaliter non abstinet, si adhuc retinendo mulierem et conversando cum ea populus . . . scandalisetur, et si adhuc supersit species mali et suspiciones contra eum appareant violentae, quas omnino, in quantum quis potest, tenetur removere.

Vigesimum primum est, quod notorius fornicator, volens poenitere, debet observare, ut primo, ante omnia, ut praedicitur, debeat mulierem a se et se a muliere removere, quia suspiciones et scandalum, in quantum potest, depellere tenetur; a peccato et sententia suspicionis et excommunicationis, si focariam habuerit, absolutionem petere et accipere; denique longam poenitentiam ad satisfaciendum Deo et ad infamiam [*deleen*]dam et removendam agere et vita laudabili conversationem emendare.

Vigesimum secundum est: Si non fuerit quis notorius fornicator, sed famosus aut rumore praedicatus aut manifestus fornicator, ex quo scandalum oritur in populo, talis non debet nec potest absolvi a peccato, ut possit celebrare, nisi speciem mali et scandalum, quo Dei populus in eo scandalisatus est, in quantum in eo est, removeat.

Vigesimum tertium est, quod tenens mulierem pulchram in domo sua et mensa, de qua scandalum in populo aut diffamia generatur, et hoc sciens, eam non removerit, mortaliter peccat, quamvis ipse se sibi nunquam commiscuisset, nec cum ea peccasset carnaliter: et talis non potest absolvi, nec debet celebrare, nisi

hanc

hanc speciem mali removeat, vel intendat omnino removere.

Vigesimum quartum est, quod, ex Sanctorum jussis et praeceptis et Patrum decretis, tenetur quilibet in Sacris constitutus mulieres, ex aetate et forma et conversatione suspectas, a cohabitatione sua removere, praeter illas, in quibus propinquitas sanguinis nihil foedum suspicari permittit.

Omnes nos rogemus, moneamus, corripiamus et corrigamus fraterne, secundum caritatis ordinem, notorios fornicatores, ut removeant suas concubinas, et ab omni specie mali et fornicationis, secundum Apostolicam doctrinam, se abstineant. Hortemur devote, et prope instantius preces Praelatis fundamus. Et, si necesse est, requiramus, ut in hoc universe, prout tenentur ex officio, per Ecclesiasticam disciplinam, abstineant a Missis et divinis notoriorum fornicatorum, ut praedicitur; ne simul cum iis involvantur Diabolicis laqueis, ut saltem rubore confusi ad mentem redeant, et mulieres removeant, non amplius admissuri. etc.

Scriptum quoddam de his pro parte confectum conscribam perfectius, ut omnes simul videre possint ramos cum radicibus.

Dit *Scriptum*, in het eerst slechts *pro parte confectum*, schijnt *perfectius conscriptum* te zijn, toen de *Sermo contra Focaristas* dien vorm, die uitvoerigheid, in één woord, die *redactie* bekwam

kwam, welke zich in de *drie* bovengemelde Handschriften voordoet. De waardige *Diaken* zal het raadzaam geacht hebben, zijn werk nog eens, geheel van voren aan, op nieuw te overzien en te verbeteren: maar inmiddels den vijanden en lasteraren, voorloopig, door het gemeen maken van zulk eene korte opgave zijner stellingen, den mond hebben willen stoppen. Hetgeen deze gissing (voor meer dan dat wil ik het voorgestelde niet uitgeven) nog te meer aannemelijk schijnt te maken, is het verschil, zoo in het getal, als in de rangschikking der Stellingen (*Dicta*). Immers vonden wij er *zes-en-twintig* in den *Sermo*, en slechts *vier-en-twintig* in deze nadere Verklaring: en de orde verschilt zoo zeer, dat, die *hier* is de

1e Stelling, in den *Sermo* de *laatste* plaats beslaat: de

2e Stelling, in den *Sermo* de *achttiende*; de

3e en 4de Stelling, in den *Sermo* de *negentiende*; en zoo verder: terwijl de

1e van den *Sermo*, in de *Verklaring* is de *vijftiende*; de

2e van den *Sermo*, in de *Verklaring* is de *elfde*; de

3e van den *Sermo*, in de *Verklaring* is de *veertiende*; de

4e van den *Sermo*, in de *Verklaring* is de *achttiende*, de

5e van den *Sermo*, in de *Verklaring* is de *negentiende*: enz.

Ge-

Gelijk dan, in deze *Verklaring*, sommige Stellingen van den *Sermo* in twee of meer gesplist worden, en anderen geheel overgeslagen; bij voorbeeld de 13e, 14e, 15e, 16e enz. — Doch den opmerkzamen Lezer zal dit van zelf in de oogen vallen. — Wij gaan over tot de gewigtige *Epistola*, — of het SCRIPTUM

DE LOCATIONE ECCLESIARUM, FACTUM AB EODEM, M. GERARDO GROOT (26).

(*Ex Codice Trajectino C*, *collato A.*)

Quaeritur: » an quis possit locare sub annuo censu, curam animarum, aut regimen, una cum proventibus et redditibus, ipsi curae debitis?" — Respondeo, quae sequuntur:

Primum, quod obventiones, oblationes et redditus alicujus curae possint locari sub annuo censu, si sine regimine locentur; id est, si regimen non locetur; ut patet *Extra*, *Ne Praelati vices*. C. *Quaerelam* [*Decretal. Greg.* Lib. V. Tit. IV. c. 4.] cum suis concordantiis.

Secundum, quod dico, est, quod regimen animarum nullo modo per se locari potest sine Simonia, sub annuo censu; vel pro pretio, vel ad annum vel annos. Patet ex Titulo Rubricae, qua dicitur, *ne Praelati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant*,

et

(26) In Cod. A. serior manus huic tractatui superscripsit: *Hanc quaestionem determinavit veraciter Magister* Gerardus Groet.

* et * (x) eodem Titulo, C. *quam enormis* [c. 3.] et per *Bernardum* et *Innocentium*, in eodem C. et [*Decret. Grat.* P. II. C.] I. Q. 3. C. [8.]. *Salvator*, cum suis concordantiis.

Tertium est, quod dico, quod sic regimen animarum accipere et locare pro pretio, vel annuo censu, * cum * (y) pacto interposito, est horribilis et magna Simonia. Quod patet ex praedictis et per multa Jura probari possit. * *Extra*, *de Simonia*, C. *Querelam* [*Decretal. Greg.* Lib. V. Tit. 3. c. 15.] cum suis concordantiis * (z). Sed clarius videtur, si res inspiciatur. Nam in tribus horribilior est Simonia; scilicet in Ordine, in Dignitatibus † (a), et in curis animarum. Potestas Ordinis, et potestas Jurisdictionis, quae est in dignitatibus Ecclesiasticis, et potestas regiminis animarum sunt † (b) valde spirituales et habent exercitia valde spiritualia et actus et executiones valde spirituales; et quanto res sunt spiritualiores in se, et earum executiones sunt spiritualiores, tanto eas vel locare, vel emere pro re temporali, vel exercere vel exsequi propter temporale lucrum vel propter quaestum, est turpior Simonia et magis Diabolica: et tanto magis requiritur, quod intentionis nostrae † (c) et affectûs nostri oculus, quo intendimus iis et afficimur ad eas, sit sincerior et purior; et tanto magis requiritur, quod cognitionis nostrae oculus sit in iis perspicacior et prudentior et subtilior, quanto res sunt magis spirituales, ma-

Variae Lectiones Codicis A.

(x) *concedent eodem.* (y) = (z) = (a) † *ecclesiasticis* (b) † *res* (c) † *oculus*

magis mysticae, aut magis divinae. Alias † (*d*) neque affectus, neque intellectus, neque intentionis oculus recte in *eas* (*e*) res spirituales ire et transire potest, neque † (*f*) valet ad eas res penetrare vel attingere, neque recte eas ad opus explicare et exponere. Non est enim convenientia neque proportio grossae, impurae et imprudentis mentis et intentionis ad subtilia et spiritualia et divina Mysteria capienda et exercenda.

Ideo primum et maximum, quod requiritur ad has potestates utiliter capiendas et exercendas est congrua dispositio hominis in scientia et in actione et in ordine circa illas potestates, aut circa illud officium, vel ordinem: quia, ut ait *Dionysius*, in libro *de Angelica Hierarchia*, » *Hierarchia est ordo, scientia et actio*," et ergo oportet accedentem ad has, esse spiritualem in actione et in vita et spiritualiter per scientiam intelligere, ut possit ad has spiritualiter accedere, et eas spiritualiter exercere. Qui enim in se non percipit ea, quae Dei sunt, nec spiritualiter examinat, carnalis et animalis existens, quomodo circa alia Mysteria et profunda Dei Sacramenta et Ecclesiae, qualia sunt in executione Ordinum, quae caeteris *spiritualibus* (*g*) profundiora et secretiora sunt, spiritualiter percipere vel examinare potest? Aut quomodo potest talis in Jurisdictione aut in Cura animarum, aliis spiritualiter praeesse ac judicare † (*h*), qui nec sibi ipsi praeesse, nec se spiritualiter regere *ac judicare* (*i*) valet?

Character Ordinis cujuscunque a Deo et Spiritu Sancto

(*d*) † *namque* (*e*) *illas* (*f*) † *aliter* (*g*) *spiritualioribus* (*h*) † *spiritualiter* (*i*) *aut dijudicare*

cto est, et quamvis sit in malo homine ordinato et a male Ordinante. Similiter potestas omnis spiritualis, sive in regimine animarum, sive in Jurisdictione, spiritualis est a Deo et Spiritu Sancto; sive, qui ea habuerit vel dederit, malus fuerit, sive bonus. Talis potestas est a Spiritu Sancto † (*k*) et est ad opera Spiritûs Sancti et ad Spiritualia finaliter ex natura sua ordinata. Unde in se et in virtute sua et in effectu est tota spiritualis. Nec fuit aliud quam potestas spiritualis, quam *Simon* ambivit et petiit; a quo omnis Simonia nomen accepit. Dixit enim Petro: » Da mihi hanc potestatem, ut, cuicunque manus imposuero, accipiat Spiritum Sanctum," ut dicitur Act. VIII°. Et intelligitur ibidem * ex litera * (*l*), quod potestatem illam voluit habere dandi Spiritum Sanctum, i. e. donum Spiritûs Sancti, † (*m*) in signo visibili, per virtutem Signorum. Et in hoc * duplex * (*n*) fuit Simonis simoniaca pravitas; *primo* * quod * (*o*) illam potestatem emere voluit, aestimans, per pecuniam donum Dei possideri; *secundo*, propter pecunias eam voluit exercere; ut ex venditione Signorum, quae per eumdem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur; ut dicitur Cap. *Salvator* [*Decr.* P. II. *Causa*] I. Q. 3. [c. 8.]. Et sic fuit pravitas in mente ejus tam accipiendi, quam dandi, Spiritualia simoniace. Et fuit intentio ejus tam potestatem habere simoniacam, quam executiones facere simoniacas; et ista est plenissima Simonia; praecipue cum

(*k*) In Cod. C. ab aliena manu hîc insertum est: *quidem ordinata:* sed = A. (*l*) = (*m*) † *scilicet* (*n*) Ita legendum; attamen uterque scribendi compendium indicare omisit; hinc legitur *dux*. (*o*) *quia*.

eum similiter potestas et executio ejus sunt spiritua-les et consistunt in conferendis mere Spiritualibus.

Inde est, quod si potestas, quae * est annexa * (*p*) Ordini Sacro, si ematur vel cum aliquo temporali acquiratur, est Simonia maxima, quia praesumendum est, quod talis tales simoniacas Ordinis executiones faciat, qualem recepit potestatem. Et hoc est, quod communiter accidit; videlicet, quod ille, qui emit spiritualem potestatem per temporalia, quod ipsam propter avaritiam, vel † (*q*) inanem gloriam, vel aliud hujusmodi * temporale * (*r*), exercet et exsequitur, prout a radice mala omnes fructus mali pullulant.

Ut, e. g., non video, quomodo sciens, potens et volens spiritualiter Missam celebrare, possit pecuniam pro Sacerdotio dare, cum spirituali celebrationi hujusmodi Simonia est tota contraria. Nam hoc vitium Simoniae carnalissimum est, imo a fide alienum, et contrarium fidei formatae, quae per dilectionem operatur.

* Et * (*s*) ergo ille nullatenus potest, pro tunc, spiritualis esse vel spiritualiter ex caritate operari, qui contra fidem formatam, vel contra fidem ex dilectione operantem, simoniace sibi hujusmodi spiritualem potestatem acquirit, sive Ordinis, sive Jurisdictionis, sive Curae animarum. Et hoc est, quod * Petrus dixit * (*t*) Simoni Mago: » Non est sors † (*u*) neque pars tibi in sermone isto. Cor enim tuum non † (*v*) rectum coram Deo. In felle amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse." *Fel amaritudinis* est in-trin-

(*p*) ∽ (*q*) † *propter* (*r*) = (*s*) = (*t*) ∽
(*u*) † *ait* (*v*) † *est.*

trinseca fellica malitia, congesta in bursa conscientiae; i. e., in intentione mala, effectiva amaritudinis culpae et poenae, qua intendit quis usurpans, sibi potestatem ad quam non *dispositus est* (w), et pecunia sibi ipsam comparare. Et communiter est in obligatione iniquitatis, qua obligatur et constringitur, inclinatur aut *incenditur* (x), ipsam potestatem inique exercere propter pecuniam. Fel fuit in intentione cum amaritudine, et obligatio communiter venit in operatione per iniquitatem.

Inde patet causa, cur in Ordine, accepto simoniace, magis punitur in Jure accipiens simoniace Ordinem, quam simoniace dans eumdem Ordinem, cum tamen Superior dans, maxime ex magnitudine statûs et quia principalis est in actione, forte magis peccaverit. Sed intentio *in malitia* (y) accipientis *facilius* (z) in sola acceptione simoniaca non quescit, nec stat, imo magis incipit *in* (a) accipiendo, et *communiter* (b) ad futuram nequitiam in exsequendo ordinatur, crescit et multiplicatur. Sed dando dans non jubet simoniace *exsequi Ordinem* (c) datum, et suam in hoc complevit malitiam. Unde per poenas † (d) Jura nituntur principiis obstare, quae ad multas malas disponunt executiones, initiatum magis, quam unam Superioris potestatis executionem valde pravam, punire; licet utrisque, secundum quod possunt Jura, poenas imponunt † (e), judicio Dei et judicio conscientiarum, in multis et pro majori parte, poenas justas committunt.

Si-

(w) ∽ — (x) *intendit* vel *incendit* (y) *malitiae* (z) = (a) = (b) *consequenter* (c) ∽ (d) † *magis* (e) † *et*.

Similiter punitur magis, eadem ratione, dignitatem aut Curam animarum simoniace procurans, quam simoniace concedens *ac* (*f*) committens alicui easdem † (*g*).

Sciendum, quod in *his* (*h*) tribus potestatibus character Presbyterii, in quantum Presbyter requiritur et praesupponitur, tam ad plenam dignitatem, ut est Episcopalis, quam ad Curam animarum, † (*i*) regendam, velut Abbatias, Prioratus et Parocchiales Ecclesias. Licet enim Diaconus possit habere Curam animarum, tamen intra annum tenetur promoveri, nisi secum dispensetur, et tenetur intendere fieri Presbyter; et intendere exsequi officium Curae. Alias fructus non faceret suos, ex Cura provenientes, nec bona fide Curam possideret. Ergo ad potestatem regiminis animarum habendam in foro conscientiae bona fide, et ad fructus juste tollendos, requiritur voluntas executionis: et sine Ordine Presbyterii eam exsequi non valet; et ergo ista praesupponunt characterem Presbyterii in executione earum.

Archidiaconi vero et similes, licet habeant dignitatem et Jurisdictionem sine Presbyterio, hoc magis ex consuetudine et usurpando provenit, quam ex ordine rei in se † (*k*). Juridictio enim spiritualis Curae animarum ab initio *injungebatur* (*l*): et ergo plenam Jurisdictionem non habent Archidiaconi hujusmodi. Et si bene inspiciatur, tunc Cura animarum *ple-

(*f*) *aut quam* (*g*) † *simoniace* (*h*) *istis* (*i*) † *executive* (*k*) † *aut ex commissione et in virtute Episcopi, ut dicit Antesidorensis.* (*l*) *conjungebatur.*

plenior et superior (*m*) est in Episcopo, et similiter plena Jurisdictio et spiritualior et altior est in eo. Et ergo ista Episcopalis dignitas est major potestas et spiritualior, et executiones ejus sunt majores et spiritualiores, quia non solum Episcopi possunt consulere et praecipere, sed et coarctare et compellere subditos ad bonum; item, quia dant potestates alias, tanquam ab ipsis derivatas, scil. potestatem Ordinis et particularis Curae animarum; et ideo executiones ejus sunt vehementiores et altiores, et communiter debent esse spiritualiores et puriores, quia eorum status, (ut ait *Dionysius* multis locis *Ecclesiasticae Hierarchiae*) est, alias potestates non solum purgare aut illuminare, sed purgatas et illuminatas perficere. Et ideo hoc est pessima Simonia, Episcopatûs dignitatem simoniace acquirere et eo plenius, si *tunc* (*n*) Presbyter, ut oportet, propter Episcopatum † (*o*) efficitur. Tunc currit in mente hominis in eumdem alveum Presbyteratûs, ad quem currit Episcopatus, quia sequitur Presbyteratus in mente et in intentione hominis cursum et voluntatem ad Episcopatum.

Sic similiter est in eo, qui propter beneficium Presbyter efficitur; sequitur communiter, ut talis sit in intentione et effectu Presbyteratus, qualis est in effectu et in intentione, in beneficio optando vel acquirendo.

Illi vero, qui habent Jurisdictionis potestatem sine Presbyterii Ordine, ut Archidiaconi, certum est, quod Archidiaconi curam habent aequalem animarum, saltem in exterioribus, *effectum* (*p*) de consuetudine in

(*m*) ∽ (*n*) = (*o*) † *habendum* (*p*) *effectibus animarum.*

in Curatum et † (q) Curam animarum habentibus. Et ergo officium ejus est altius in hoc, et quasi architectonicum, rebus Curatorum et rebus Deservientium, *quas* (r) Curati regere non valent. Sed aliunde habent Presbyteri *et* (s) Curati executiones magis spirituales, quam Archidiaconi, maxime in foro conscientiae.

Unde notandum, quod ad tria opera, et ad tres executiones principales finales, potestas characteris Ordinis Presbyterii ordinatur. Scil. ad consecrandum Sacramentum Eucharistiae, et ad absolvendum et ligandum, et tertio ad praedicandum et ad informandum. Ista tria principalia sunt in potestate ex officio Presbyteri: et communiter multa alia adjunguntur; scilicet, baptizare, benedicere, matrimonia conjungere et inungere etc. Sed haec omnia, *excepta* (t) Consecratione Sacramentali, non habet simplex Presbyter executive, nisi in causa necessitatis; nec potest ea exsequi, nisi sibi materia detur in *qua* (u) valet ea exsequi. Ideo simoniacus Presbyter simplex in Ordine non habet tam multas executiones et intentiones simoniacas, sicut *incipit habere jam* (v) Presbyter, simplex existens, et Curam animarum simoniace acquirens. Nam talis et Ordinem et potestatem, quam jam habet in Ordine, et quam acquirit in Cura, ad eumdem finem exercendo retorquet. Nam accipiendo Curam, obligatur jam ad omnia haec exsequenda. Et qui Curam accipit per pecuniam, vel propter pecuniam, ille et celebrat *Missas* (w), sicut simplex Presbyter ex Or-

(q) † *in* (r) *quos* (s) = (t) *accepta*
(u) *quam* (v) ∽ (w) *missam*.

Ordine, propter pecunias, secundum quod Cura requirit, et communiter praedicat et absolvit propter pecunias. Quia (ut ait *Ambrosius* * I. L. * (*x*) *de Officiis*) » affectus nomen operi suo imponit, et intentio et finis operis formam dat operi," ut, » qui fornicatur propter pecunias, magis est avarus, quam luxuriosus," ut ait *Philosophus*.

Ideo, secundum quod homo afficitur ex intentione ad rem, et quod quaerit sibi in re, et placet sibi in ea, hoc dicitur facere in ea.

Et ergo Simoniacus, simoniace celebrans vel absolvens propter pecunias, magis quaerit pecunias, quam Missam vel Absolutionem. Volo hoc ex istis inferre, quod quis accipiens Curam animarum particularem, post Ordinem Presbyteratûs, † (*y*) jam accepit majorem et ampliorem potestatem et materiam in exsequendis illis, quae ex Ordine Presbyterii potuit exercere: et potestatem talem accipit exsecutivam, cujus exsecutiones immediate conjunguntur.

Unde, sicut Christus, cum per auctoritatem, quam habuit ab instanti conceptionis, exsecutiones in resurrectione accepisset, ait: » data est mihi omnis potestas in coelo et in terra," sic et ait, Curam acceptans: » nunc datur mihi exsecutive potestas exsequendi fere omnia, quae Ordinis mei sunt." Unde patet, quod, in Cura animarum data vel commissa, * datur potestas spiritualis magna * (*z*), et dantur exsecutiones liberae et currentes, quasi daretur potentia propinqua ad suum actum, vel ad actus completos, et maxime ad actus, qui exercentur rebus aliis, unde lucrum et quaestus pro-ve-

(*x*) ∽ (*y*) † *potestatem* (*z*) ∽

veniunt. Nam Presbyter *per se* (*a*) potest celebrare, sed non absolvere nec praedicare, et in istis includitur praeesse, et potestas, quibus aliis praeest, in comparatione salutis aeternae. Unde ista est spiritualissima negociatio. Nam solvendo aperit Presbyter coelum, et repellendo claudit. Numquid longe majoris potestatis est, absolvere in anima et coram Deo, quam in foro contentioso, aut coram hominibns? Quanto major est ligatio spiritualis et verior in animam, quam quae ad extra est! Et absolvit Presbyter Curatus de maximis peccatis, licet non posset absolvere aliquem de maxime apparentibus ad extra. Nam absolvit fere ab omni, quo in sola conscientia, sine opere exteriore, peccatur. Et plura talia sunt peccata graviora in conscientia, quam saepe quae ad extra apparent.

Et est etiam *magna* (*b*) potestas celebrandi, unde a pluribus dicitur, quod Papa est potentior, quia Presbyter *est* (*c*), quam quia Papa. Nam facit de creatura Creatorem † (*d*) consecrando, quia Presbyter.

Haec et plura alia in Cura acceptata exsecutive Presbyter accipit, et ipsas celebrationes Missarum, quarum executionem antea habuit, una cum aliis, ea mente, *sicut* (*e*) alias suas Curae exsecutiones, sive pure, sive impure, exsequitur. Et ideo Ecclesiae est † (*f*) majus periculum in eo, qui Curam animarum accipit simoniace, quam qui Presbyterium accipit simo-

(*a*) *p̄psr pe* (Sic! Quid significetur, ignoro. An: *propter se?* (*b*) *maxima* (*c*) = (*d*) † *in* (*e*) *quasi* (*f*) † *meo videre.*

moniace, et * plus sibi * (g) et Ecclesiae nocet, eo quod latius et liberius * tunc * (h), patet executio officii sui simoniaca, et plures vel inficit, vel negligit; et accipit potestatem praeessendi pluribus, quos magis abducit, quam ducit; quos † (i) magis creberrime inficit et vulnerat, quam † (k) fur et mercenarius est, veniens ut mactet et furetur.

Item ex alio est spiritualior potestas, meo videre, regimen animarum in foro conscientiae, quam * per Jurisdictionem * (l) tantum, coram hominibus, Jure fori. Nam ibi est Cura animae, secundum quod in veritate existit, in Jurisdictione vero solum quod apparet.

Item in regimine animae consulitur verae saluti et veris virtutibus ad vitam aeternam: in Jurisdictione * paci maxime * (m) et concordiae hominum per constitutiones humanas consulitur; et illa duntaxat puniuntur, sine quibus Societas † (n) humana non valet stare vel non bene stare; quibus, secundum *Augustinum*, in Libro *de Libero arbitrio*, Canonica et humana Jura aptantur.

Regimen animarum mundat conscientiam et aperit homini Ecclesiam triumphantem et coelum, et unit hominem corpori Christi mystico: sed Jurisdictio mundat in exterioribus Ecclesiam militantem, de bonis et malis congregatam, * de * (o) quibusdam apparentibus et enormibus scandalis et excessibus aliquorum, quia nondum venit tempus, ut omnia scandala auferantur ab ea.

Unde patet, longe potestatem majorem et spiritualio-

(g) ∽ a pr. manu, dein tamen mutatum.
(h) *omnino* (i) † *et* (k) † *curat, quia.* (l) *in jurisdictione* (m) ∽ (n) † *Christiana* (o) *a*

liorem esse in regimine animarum: et ergo vere coram Deo enormior est Simonia, si ematur vel locetur.

Saepius tamen Ecclesia repetit et crebrius monet ad vitandam et prohibendam emtionem vel locationem Jurisdictionis spiritualis fori contentiosi, quam ad prohibendam eamdem in Cura animarum. Hoc ideo non est, quia minus est peccatum, emere vel locare Curam animarum in foro conscientiae, sed quia Ecclesia magis potest exteriora, quae contingunt in foro exteriore, cognoscere, arguere et iudicare et reformare. In reliquis, quae tangunt conscientias hominum et forum conscientiae, in valde multis et gravissimis peccatis latentibus, Ecclesia homines Deo et divinis praeceptis et Euangelicis, quae scribuntur in tabulis * cordis * (p) hominum, relinquit, Deo et Judici † (q) confessionis illorum judicia reservans et committens. Imo aliquando est contrarium judicium Ecclesiae in foro judicio Ecclesiae in conscientia; et interdum tenetur quis * sequi magis * (r) judicium conscientiae quam judicium fori, et hoc plus pertimescere; ut habetur *Extra*, de *Sententia Excommunicationis*, [c.] *Inquisitioni* [*Decretal. Greg.* Lib. V. Tit. XXXIX. C. 44.]. Ex hoc est, quod crebrius admonet Ecclesia et scribit et punit de Simonia Jurisdictionis fori, quam de Simonia in Cura animarum; licet * utramque * (s) prohibeat Ecclesia, quamvis longe sit † (t) gravius et periculosius, Curam animarum locare, quam temporalem Jurisdictionem in foro Caritatis, et † (u) argutior, meo vide-

(p) = (q) † *confessori* (r) ∾ (s) *utrumque*
(t) † *animas* (u) † *etiam.*

dere, est ambitio et enormior, ingerere se curae † (v) aut petere eam pro se, sine hoc, quod pecunia interveniat, quam Jurisdictioni Caritatis se ingerere non simoniace, sed ambitiose; licet in utroque turpis nimis sit ambitio. Unde *Gregorius*, primo *Pastoralium*, » virtutibus pollens tractus ad regimen veniat; » virtutibus vacuus nec tractus accedat." Et *Augustinus* [Libro] XIX. *de Civitate* * *Dei* * (w): » locus sanctior, etsi teneatur ut deceat, indecenter tamen appetitur." Et, ut dicit *Gregorius* [*Decr. Grat.* P. I. Causa] VIII. Q. 1. C. [9.] *In Scripturis*, » locus regiminis desiderantibus negandus, fugientibus offerendus est." Unde certum est, quod si quis, precibus fusis pro se ipso si indignus fuerit cura, et propter preces proprias Curam obtinuerit, sive ad tempus, sive ad vitam suam; certum est, quod ipso * facto * (x) est Simoniacus a lingua, prout * Juristae tenent * (y) et Theologi; et patet [*secundum*] *Thomam*, in *Secunda secundae Q. Capitulo* 5, in responsione ad tertium argumentum. Imo secundum *Thomam* ibidem, » si quis pro se rogat, ut obtineat Curam animarum, ex ipsa praesumtione redditur indignus." Et sic, secundum praesumtionem, preces sunt pro indigno, et consequenter, secundum praesumtionem † (z), simoniacae. Est tamen casus dabilis, in quo quis potest Curam pro se petere intentione subeundi onus et servitium, non propter honorem aut † (a) lucrum temporale, et tunc, si non propria voluntate et desiderio sed necessitate et utilitate publica compulsus, et si nullus alius dignior invenitur, potest cum timore et quasi co-

(v) † *animarum* (w) ⁼⁼ (x) *statim* (y) ∽
(z) † *Juris* (a) † *propter*

coactus, pro utilitate publica et necessitate, Curam petere, si non generetur species mali ex facto suo, * quasi * (*b*) ambitiosus videatur et aliis † (*c*) ambitionis exemplum non dederit. Haec dico, ut videatur, quanta sit in Cura appetenda ambitio et malitia, et quod quis, solis precibus † (*d*) * pro se digno, facit Simoniam in Cura animarum quaerenda * praesumtione * (*e*) Juris; licet aliquando in casu et rarissime, ut dixi * (*f*), posset peti cum multis circumstantiis praedictis; ut ex his quis videat, quantum malum, et quam * Simonia horribilis * (*g*) sit indigno aut digno, si locet precibus aut † (*h*) pretio curas animarum. Nec multum differt, sive * perpetue * (*i*) ad vitam, sive ad tempus, vel ad annos, hujusmodi Cura locetur, vel si committatur pro pretio vel annuo censu. Nam diuturnitas regiminis non variat genus malitiae, nec ambitionis, licet diutius esse malum pejus est quam brevius † (*k*). Et illi qui obligant se ad tres vel * ad * (*l*) quatuor annos ad regimen animarum, aliquando fortius * sunt obligati * (*m*) vinculo exteriori ad praeesse, quam qui illud semper obtinendum recepit. Nam omnem Curam animarum Curatus quilibet citra Episcopatum, propter ingressum religionis, vel aliam justam causam, potest licite resignare. Sed mercenarius obligatus cogitur saepe secundum judicium fori tenere in quo se obligavit, qua-

(*b*) *qua* (*c*) † *sic* (*d*) † *fusis* (*e*) *praesumtionem.* (*f*) Omnia haec (*pro se — — ut dixi*) serior manus ad libri A. oram adscripsit. (*g*) ∽ (*h*) † *pro* (*i*) *perpetuo.* (*k*) † *Manet enim peccatum adulterii, sive proponatper annum, sive semper, adulterari.* (*l*) = (*m*) ∽

quasi sub praetextu locationis proventuum, quos videtur locasse.

Quarto dico, quod si quis Curam et regimen animarum sibi acquirit sub annuo censu, pacto interposito de certo dando annuatim, sine locatione redditûum et proventuum, † (*n*) qui in hoc intendit lucrum pecuniarum et appetit, alias non accepturus regimen, si lucrum pecuniarum non speraret, quod talis omnia, quae acquirit et lucratur in Cura, tenetur restituere Ecclesiae, maxime illa, quae utiliter in utilitatem Ecclesiae non ponit aut consumit. De utiliter consumtis in expensis, * in * (*o*) vestibus necessariis pro nunc nihil dicere volo: sed de superlucratis videtur omnino * in hoc casu, quod restituenda sunt * (*p*). Nam haec est apertissima Simonia; * nam * (*q*) pactum et pecunia intervenit cum intentione corruptissima * et * (*r*) periculosissima et maxima Simonia, ut supra dictum est. Et ergo maxime isti debent puniri et magis prae caeteris Simoniacis. Nam Simoniaci omnes puniuntur privatione fructuum acceptorum, quando scienter Simoniam cum pacto interposito fecerunt et in beneficio simplici et in aliis minoribus Simoniis.

Quinto dico, quod, qui sola voluntate principaliter lucrandi in officio regiminis, ipsum regimen, † (*s*) et, sine pacto interposito vel conventione de certo censu dando, turpissime acquirit, quia ex specie ambitionis, et ex intentione mala, imo pessima, eo quod ordinat res spirituales ad finem rerum temporalium, tanquam res viles ad res meliores, res quibus magis fruen-

(*n*) † *et* (*o*) *et* (*p*) ∞ (*q*) *quia* (*r*) *in*
(*s*) † *locat.*

fruendum est, ad res quibus utendum est. Unde in se ipso plus amat et plus reputat et aestimat pluris ipsum temporale, quam ipsum spirituale; quia propter unumquodque tale (27) et illud magis. Et hoc est infidelitus quaedam, † (t) haeresis et divisio a corpore Christi mystico, imo idololatria quaedam est, et peccatum maximum, et contemtus maximus Dei et spiritualium rerum et sacrorum Sacramentorum.

Sexto dico, quod longe majus peccatum facit, et major Simoniacus est coram Deo, qui sine pacto interposito * sic * (u) finaliter propter * et ad * (v) avaritiam exercet Curam animarum in praedicando, * in * (w) absolvendo et in Sacramenta administrando et celebrando, quam si quis animo proficiendi subditis et subeundi oneris Curam animarum, pecunia etiam cum pacto data Collatori, sibi usurpasset; † (x) quia malitia, quae est ex fine avaritiae, coinquinat omnes actus subsequentes et multiplicat † (y) actiones et intentiones per totum tempus regiminis. Et 2°. † (z) nocivior est subditis, oves excorians et tondens, et † (a) ad avaritiam singula retorquendo, et negligit Curam et spiritualem profectum ovium, quas non amat nec intendit, et suo exemplo oves occidit, nec murum opponit lupis.

Tertio plus capit actûs malitiam ex fine, quam ex me-

(t) † *et* (u) = (v) = (ex emend. alterius manûs). (w) = (x) † *patet* (y) † *simoniacas* (z) † *quia.* (a) † *tondendo est,*

(27) Sic uterque. Puto tamen, pro *tale*, verbum aliud legendum, aut aliquid inserendum esse.

medio ad finem; quia finis actioni nomen imponit, ut supra dixi: et, licet *intendit* (b) quis perficere et onera subire, tamen per Simoniam ad hoc pervenire non est medium, quo deceat et possit pertingere ad ipsam Curam; imo est similiter malum et inexcusabile quia propter bonitatem cujuscunque finis intenti non sunt facienda mala, ut veniant bona; et maxime mala simoniaca, *ut* (c) est, pacisci de regimine animarum in certo dando. Verumtamen plus punitur in Jure, in Ecclesia militante, qui pactum interposuit de certo, quamquam ad bonum finem ordinaverit beneficium acquirendum, quam qui ipsum propter lucrum temporale locat vel exercet sine pacto *Simoniae* (d) praecedente; quia Jura humana et Ecclesia militans ad extra non judicat de intentionibus hominum latentibus, sed † (e) apparentibus. Et *igitur* (f) *in* (g) Simonia mentali sola, qua quis solo affectu coram Deo Simoniacus dicitur, et non coram hominibus, in illo *Ecclesia* (h) remittit hominem suo Creatori per poenitentiam satisfacere, ut *Extra*, *de Simonia*, Cap. finali [*Decretal. Greg.* Lib. V. Tit. III. C. 46.] cum suis concordantiis. Sed revera in judicio conscientiae per confessionem aliter longe debet Confessor transire in beneficio curato, et aliter in non curato. *Spilicet, non* (i) curatum potest quis retinere, si ipsum per Simoniam mentalem acquisiverit, et hoc, si mutato proposito officium et actus, qui sibi incumbunt ex *officio* (k), non propter temporale, sed pro.

(b) *intendat.* (c) *sicut* (d) *simoniaco* (e) † *de* (f) *ergo* (g) *de* (h) *et* (i) *nam* (k) *beneficio*

propter salutem suam aeternam, velit exercere et exerceat, et ipsum beneficium sibi proficuum fuerit ad salutem, et non impediverit eum a salute, tunc potest remanere † (*l*), alias non. Nam, si ad temporale lucrum finaliter retorserit exercitia spiritualia, tota conscientia manet infecta et intentio hominis, quae est oculus hominis et lumen, quo † (*m*) tenebroso tota vita hominis redditur tenebrosa: et ideo absolvi non potest nec debet in foro conscientiae, quamdiu tales intentiones habuerit, nisi resignaverit de eo. Qui Simonia mentali acquisiverit sibi Curam, aut propter quaestum * vel * (*n*) lucrum eam acceperit vel locaverit, vel ad quaestum vel ad lucrum eam exercet, non potest absolvi, nisi mutato proposito, ut finaliter ad salutem animarum, et ad * salutem propriam * (*o*), Curam regiminis velit exercere et exerceat. Et nisi dignus sit * habere talem Curam * (*p*), non potest absolvi ut maneat, etsi nihil obstet aliud nisi indignitas, aut nihil praeter hoc obstiterit, videlicet, quod sit ignarus aut seculariter vivens. Et, meo videre, oportet etiam, quod sit in tali intentione, quod Curam illam velit exercere et regere, etsi nullum emolumentum temporale ab ea derivaretur, * et * (*q*) ipse aliunde victum et vestitum habeat vel haberet. Haec et multa alia in judicio animae perpendenda sunt in poenitente Sacerdote Curato, antequam † (*r*) possit cum pura conscientia obtinere. Quod quidam superficiales Juristae non perpendentes, omissis divinis et naturalibus Legibus, judicium Ecclesiae ad extra duntaxat attendentes, saepissime * indirectas

(*l*) † *in eo* (*m*) † *existente* (*n*) *aut* (*o*) ∞ (*p*) ∞ (*q*) *si* (*r*) † *curam.*

ctas omnes* (*s*) hujusmodi Simonias mentales, in confessionis judicio permittunt in suis curatis vel non curatis beneficiis.

Ex istis *septimo* dico, quod quis bona intentione ad lucrum animarum duntaxat sine locatione fructuum et proventuum Curam animarum, cum praecedente pacto simoniaco de annuo censu, sibi usurpans, tenetur restituere quae lucratus est, maxime in quibus ditior factus *est* (*t*). Patet. Nam, sicut non nocet mentalis Simonia in fine vel intentione hominis, quo magis puniatur ad extra, sic nec juvat mentalis bonitas in intentione, quo minus puniatur manifestum pactum simoniacum de certo dando: nec Ecclesia vult latens punire, nec ex latenti juvare. E contra est hujusmodi conditio Ecclesiae, ut nec condemnet ex latentibus, nec absolvat in judicio exteriori ex latentibus. Et maxime hoc patet, quia pactum hoc exterius est exemplum pessimum et nocivum valde Ecclesiae, et est commune malum, quo Ecclesiae et animae horribilissime et latissime et frequentissime laeduntur et corrumpuntur. Unde convenit universaliter, hoc puniri, et nullum secreti praetensione excusari, cum quilibet posset dicere, se talem habere intentionem. Nec debet *vir bonus* (*u*) velle, ut impunitum hoc peccatum in se maneret, sed potius, in quo peccavit, quod in illo puniretur secundum poenalia statuta a Canone, quo (*) utilis esse valeret exemplariter aliis, ne similia acceptarent. Et sicut probavit et approbavit facto suo, quantum in eo est, quod talis pactio interposita est licita exterius, sic et exterius eam reprobet per poenam maxime, quia mani-

fe-

(*s*) CO (*t*) = (*u*) CO (*) Uterque habet *quae*.

festa et quasi notoria solet esse hujusmodi Simonia.

Octavo dico, quod absque dubio in nullo liberatur quoad *Dominum* (v), vel excusatur mercenarius, qui intentione lucrandi temporalia, alias non facturus, conveniendo et paciscendo de certo locat vel accipit sub annuo censu, scilicet fructus sive proventus, una cum regimine simul, ut videatur solum proventus locasse et accepisse, sub censu, et non regimen. Nam, ut ait *Paschalis*, *Supra*, [*Decr. Grat.* P. II.] D. [*imo* C.] 1. Q. 3. Cap. [7.] *Siquis objecerit*, et C. [8.] *Salvator*, siquis alterum eorum, sine quo alterum non provenit, vendiderit, neutrum eorum invenditum derelinquit. Unde non provenit, nec solet provenire communiter, ut fructus concedantur sub annuo censu sine regimine, tamen *id* (w) ipsum, fieri potest; tum quia sic non fit alicubi, et quasi publicum est, quod sine commissione regiminis non volunt alicui locare fructus sine regimine, alias et ipsi locatores fructus non locaturi: tunc † (x) sciens hoc scit, quod unum sine alio non provenit, et ergo locando unum locat et reliquum, tam in facto, quam in intentione utriusque. *Et maxime, quia* (y) accipiendo vel locando proventus, statim gerit officia † (z) spiritualia † (a), [et cantat, et celebrat, et praedi-[cat et absolvit; cur non possit locari, ut videtur, ad [vitam hominis, si potest ad aliquos annos locari? Et, [si ad vitam locetur, non videtur differre in effectu [ab eo, si ei conferretur sub annuo censu. Et si sic, [cur non praebenda possit sic locari ad vitam vel ad [an-

(v) *Deum* (w) *ad* (x) † *quia* (y) *unde patet ex facto* (z) † *curati* (a) † *in ecclesia.*

[annos, in qua minora longe sunt complenda spiritua-[lia, non video. Et] (*b*) quia ex regimine proveniunt proventus, maxime ubi nulla sunt certa, talis commissio dignior * debet fieri * (*c*), et aptitudo personae † (*d*) attendi principaliter, et profectus salutis animarum, quantumcunque † (*e*) cum quocunque * alio * (*f*) annexo provenit, etiamsi nihil veniret ad bursam committentis. Lucrum enim animarum omnis, qui fideliter Christum amat, lucro omni temporali anteponit: et non illi, qui magis dat, committit, sed qui magis proficere potest, committendum est. Et est * idem * † (*g*), si venderem equum meum, vel concederem sub annuo censu, simul cum regimine Ecclesiae, alias e-

(*b*) Pro iis, quae uncis includenda videbantur, ex Cod. A. descripta, in Cod. C. leguntur sequentia: *Miror, si sic possit fieri in Cura animarum, ubi tot sunt spiritualia officia, et tot pericula oriuntur, cum non possit hoc fieri in praebendis, ut quis simul locet praebenda illi, qui gerat pro se officia, et capiat redditus pro certo. Item, si possit sic locari Cura ad aliquos annos * indifferenter secundum jurium placitum* * (*), *cur non possit tunc dari ab aliquo Collegio, quasi perpetuus esset Curatus, ad vitam ipsius Locantis. Et si hoc concedatur posse fieri, rogo, a* [in?] *quo differt talis Locatus a vero Curato aliquo, cum ipse verus Curatus, non nisi ad vitam, Curam hujus habeat? Et etiam non videtur multum differre, nisi in hoc, quod unus sine censu eam habet, quam alius sub censu continet. Item, si sic fieri potest, cur non possit Collator sub annuo censu hujusmodi Curas alicui conferre sine Simonia? Ex quo locatio praedicta finalem habet vigorem in Spiritualibus, sed locato. Verum*

(*c*) ∽ (*d*) † *debet* (*e*) † *et* (*f*) *quo*

(*g*) Ex conjectura.

(*) Partim ex conjectura.

equum meum non concessurus, nisi simul regimen * accipiat * (*h*); et maxime, si accipiens * non * (*i*) locaret per se, * si * (*k*) unam non acciperet † (*l*). In illa concessione * et locatione * (*m*) simul spirituale locatur cum temporali, et est plena Simonia, si pactum de certo dando interponitur. Nec differt, si dimitto * certas * (*n*) pecunias mihi a te debitas, ut des mihi regimen vel beneficium semper vel ad annos: vel, si do tibi tantas pecunias propter id ipsum * tantumdem * (*o*); aequalis est Simonia utrobique. Sic et aequalis * est * (*p*) Simonia, si tibi loco vel concedo pro minori pecunia fructus et proventus una cum regimine animarum, quam valeant fructus * communi aestimatione * (*q*), ac, si non locarem tibi proventus, et darem tibi pecuniam ut regeres. Similiter * redit * (*r*) in idem, si locem tibi fructus Ecclesiae una cum regimine Curae cum pacto pro tanto censu annuo, quantus census ex fructibus Ecclesiae provenire potest secundum arbitrium et aestimationem communem, demtis expensis in victu et vestitu regentis, ac, si * tibi concederetur * (*s*) sola Ecclesia, cum pacto dandi victum et vestitum. Et ergo, qui regimen Ecclesiae, sine locatione proventuum et sine lucro temporali sperato, non vellet sibi committi, nec velit subire, si haberet unde viveret, si cum pacto, ut supra dictum est, locat Curam et regimen, est plene Simoniacus, meo videre, coram Deo, et foetidissima * tunc * (*t*) coram Deo et * hominibus * (*u*) sanctis est Simonia. Quamquam proh dolor! est valde com-

(*h*) *accipiam* (*i*) *nisi* (*k*) = (*l*) † *per se*
(*m*) = (*n*) = (*o*) = (*p*) = (*q*) ∽
(*r*) *venit* (*s*) ∽ (*t*) = (*u*) *omnibus.*

communis, regnante avaritiae spiritu in Clericis multis, qui non quaerunt nisi perapsidem exterius mundare, nullo modo veritatem ad intra curantes: licet, nec in hac parte perapsidem exterius mundant; imo undique eam coinquinant et maculant exterius ad oculos, non solum Spiritualium, sed et communium hominum; quamvis sub praetextu locationis reddituum et proventuum, ex quibus emolumenta et lucra quaerunt et proveniunt, palliare nituntur et excusare, quasi regimen et curam ipsis annexam non locarent; et quia voluntarie in pensionatis redditibus aut locatis se de cura intromitterent, aut quia gratis, sine commodo temporali, essent Curam * in regimine * (v) accepturi, etiamsi redditus non locassent; vel si nullum emolumentum lucri ex redditibus sperassent; maxime, si haberent aliunde, unde viverent. Heu! male mundata est perapsidis ad extra, quando ex immunditia et avaritia turpiter apparente et spe simoniaca scandalisantur plurimi, et paene communis populus, videntes locari animarum regimina more aliorum regiminum temporalium, habentium redditus annexos. Sed absit in villis bene rectis sic temporales * Scabinatus vel Consulatus * (w) vel Magistratus quoscunque, quibus homines socialiter et politice secundum seculum reguntur, etiam apud paganos taliter pro annuo censu locari vel conduci. * Et si * (x) alicubi * sic * (y) fit, vae Civitati illi, non solum de scandalo, sed etiam de damno intolerabili! Et vere tale non potest dici regimen, sed tyrannides, * alias * (z) pecunia * potentia * (a) usurpata, et quaestus turpis,

(v) *et regimen.* (w) ∽ (x) *si sic* (y) ≠
(z) = (a) =

pissimus. O si *sunt* (*b*) hic judex, non dico quisquam Sanctorum, sed quisquam Gentilium rationalis, *ut* (*c*) Tullius, aut Seneca, aut Cato, aut Fabricius, aut Socrates, aut Plato, aut Aristides, aut quisquam gentilium Philosophorum aut Consulum prudentum, quantum abhorrerent has abominationes fieri etiam in secularibus rebus, aut etiam in templo Dianae *aut* (*d*) Apollinis, aut cujuscunque alterius Deorum, seu potius Daemoniorum. Heu! heu! et quis non videt, quales fiunt propter haec + (*e*) raptores de pastoribus, et quales sunt, qui adscendunt cathedras, indocti, inexperti, animales, bestiales, ambitiosi, luxuriosi, avarissimi et concubinarii apertissimi, negotiatores callidissimi, curiarum sectatores stolidissimi. Et hi locatores et rectores tui sunt, Popule Christiane, in locis plurimis. Cur? Quia non, qui plurimum sciunt et sanctius vivunt, tibi praesunt, sed qui plus dant, vel *avaritius* (*f*) appetunt, aut qui quaestuosius sciunt trahere aurum seu pecunias a barbaris, vel subtilius fictis verbis negotiari norunt. Sed heu! nescio si haec evidentius, et apertius, et foetidius, et crebrius, et damnosius in aliquibus rebus fiunt apud Christianos, quam in hujusmodi locatione curarum sive regiminum, scilicet cum redditibus aut proventibus. Considera et circumspice undique, si aliquod periculosius negotium pro populo Christiano et abominabilius rationi + (*g*) possit inveniri, *aut* (*h*) quod tam generale est in Allamania; si quod *Spiritui Sancto* (*i*) et

(*b*) *sederet* (Fortasse Codicis C. notarius idem voluerit.)
(*c*) *aut* (*d*) *vel* (*e*) † *fiunt* (*f*) *avarius*
(*g*) † *rectae* (*h*) = (*i*) ∞

et sanctis doctrinis generalius et vehementius contrarietur diabolica sua foeditate, quam hoc commune malum et latissimum locationis regimen. Nec vere palliari potest, nec apud * Deum * (*k*), nec apud homines. Et quis est, rogo, hominum, qui has foeditates diabolicas ignoret, in cujus naribus aliquid est de Dei Spiritu?

Si diceres: possit * forte * (*l*) inveniri, qui non turpis lucri gratia, sed forte ut prodesset populo, locaret regimen, simul cum redditibus sub annuo censu, pacto interposito; respondeo: imaginor hoc esse possibile; numquam hoc a Sancto, vel bono, vel laudato viro, vel in vitis Sanctorum, vel in historiis * legi * (*m*) peractum nec laudatum. Absit a * bono viro * (*n*) longissime, quorum nullus non coactus ad curam animarum solet pervenire, ut velit per pactum simoniacum ad Curam adscendere, vel ab * uno * (*o*) Curam accipere, qui eam non daret, nisi temporalia, pacto interposito de quantitate certa, sibi redderet. Imo si vel esset, nisi spes haec mala et pessima locationis ad extra apparens, ex hoc solo vehementissime vir bonus hanc abhorreret nequitiam, ne suo exemplo haec turpissima et foetidissima negotiatio, et periculosissima populo, vel confirmaretur, vel augeretur, vel approbaretur, vel magis defenderetur. Nam si hoc faceret, hoc esset magnum scandalum activum, et scandalisaret, non solum bonos, qui hanc speciem abhorrent, sed etiam quaestores avaros et pessimos, qui jam ceciderunt, ut profundius aut audacius caderent * et * (*p*) im-

(*k*) *dominum* (*l*) = (*m*) *lego* (*n*) *bonis viris* [?] (*o*) *eo* (*p*) *aut.*

impingerent, et imbecilles et fatuos, qui similia acceptandi pronitatem acciperent, et quarto totum populum, qui, per consequentiam, per hos *Simoniacos mercenarios* (q) apud *Deum* (r) in anima negliguntur vel demerguntur. Melius illi esset, quia non unum pusillum, sed sine numero plurimos, etiam qui nesciunt, quid intersit inter dextrum et sinistrum, scandilisaret, quod mille molae asinariae suspenderentur *ad* (s) collum suum, et mergeretur in profundissimum omnium marium.

De pecunia acquisita per hunc modum, in *hoc* (t) *octavo* dicto expressum, nescio quid dicere certi. Forte possit aliquibus videri, ex quo palliari potest, et videri potest, quod non nisi redditus sint locati † (u) ab illo, qui Curam voluntarie accepisset, etiamsi lucrum non sperasset. Ideo Ecclesia ad extra hanc non videtur judicare sibi fore manifestam Simoniam. Et hoc videtur exterior Ecclesia, a qua sunt multa scandala † (v) judicio auferenda, *haec* (w) scienter pati et dissimulare, quae intentiones hominum, quae sibi occultantur, non judicat; † (x) quae permittit zizaniam crescere, ne simul eradicetur et triticum. Et ideo videtur sola esse Simonia mentalis secundum praesumtionem Ecclesiae, hic in hoc exsilio judicantis; de qua *Deo* (y) in confessione per poenitentiam suo Creatori satisfacere videtur et sufficere. *Extra* [*Decretal.* L. V. Tit. XXXIX.] de *Sententia excommunicationis* (z) C. *finali*. Maxime quia nullus potest cuiquam ad fa-

(q) ∽ (r) *dominum* (s) *in* (t) = (u) † *velut* (v) † *dei* (w) *hic* (x) † *et* (y) =
(z) Ita C., sed erasum in A., manente tamen *S*. Error sane manifestus est in Cod. Nam auctori in mente fuit *Decretal*,

faciem Ecclesiae manifeste probare, ipsum aliam inte
tionem habuisse, nisi quod solos redditus locasse
deatur. Et * etiam* (a) forte dici potest, quod E
clesia saepe pro reditibus vel proventibus Ecclesi
accipiatur, ut in *Decretali*, *Extra*, [Lib. V. Tit. II
Ne praelati vices, C. [4.] *Querelam*. Et isto mo
videtur jam transire Ecclesiam † (b) in foro judi
praesentis temporis. Haec Simonia toleratur; utru
bene vel non bene, videant sibi qui praesunt; h
tamen magis aestimo, quod magis toleret hanc neq
tiam, quasi non potens eam undique exstirpare,
timens * majorem * (c) scissuram fieri, vel eradica
et triticum Sanctorum Antecessorum nostrorum. V
quis, si judex sederet, Patrum, sustinuisset vel susti
ret tam lamentabile malum et tam putridum vulnus
Ecclesia, ex quo tot mala et scandala et foetores t
mundo oriuntur, et data intentione bona secundum m
dum praedictum, * si posset vel potuisset * (d),
judicium * divinum, aliud * (e) remedium * apparer
(f). Nec Ecclesia de secretis tunc judicaret, sed
manifestissimis nequitiis et scandalis intolerabilib
Nunquid hoc manifestum pactum interponitur? Nu
quid pecunia intervenit de certo in re multum spiritua
* scilicet * (g) in regimine animarum, ut supra dixi.
quid deficit hic ad manifestam Simoniam, si factum
publicum et manifestum? Et quid * non est hic* (h) p
num malo, aut specie mali? Longe secus est in Cap.
nali, *Extra*, *de Simonia* [*Decretal*. L. V. Tit. III. c. 46
q

Lib. V. Tit. III. *de Simonia* c. 46, ubi in parenthesi le
tur: *in quo casu delinquentibus sufficit per solam poenite
tiam solo* [l. *suo*, vel certe *soli*] *satisfacere creatori.*

(a) *inde* (b) † *et* (c) *pejorem* (d)
(e) = (f) *apponere* (g) *videlicet* (h) ∞

quia ibi sine pacto vel conventione, sed affectu animi praecedente, res agebatur. Nec ibi tot pericula, aut scandala, aut foetores necessarie sequebantur. Et ideo non videtur hoc Capitulum eos juvare, quo magis sufficit eis Creatori satisfacere et pecuniam retinere. Adjunge doctrinam *Innocentii* in C. * *Quam* * (*i*) *enormis*; qua docet, debere contractus separari, quando cura vel regimen, quae nullo modo locari possunt, aliis locandis vel vendendis conjunguntur; ut quando * pro * (*k*) mora hominis in tali villa, vel * damnum * (*l*) absentiae ab alio loco lucroso, locat vel accipit eis pecunias et gratis Curam acceptat. Debent, inquit *Innocentius*, contractus, tam in pactis, quam in intentione, esse segregati, ut mercedem, quam accipit, pro divinis non accipiat. Sic similiter est, quando mercenarius locat + (*m*) contrahit de dando proventibus Ecclesiae, quia idem est, ut supra dixi, si paciscatur, sibi dari certum, et si pro minori, quam aestimative proventus valeant, spe lucri eos locet. * Et * (*n*) pacta debent separari; ut aliud sit pactum de reditibus locandis, et aliud vel alio tempore fiat de regimine; * et * (*o*) maxime intentiones debent separari. Sed heu! haec miscentur omnia, et simul fiunt * uno * (*p*) contextu, tam in corde contrahentium, quam in pactis exterius. Et ideo, si ad judicium veniret, aestimo, quod * sancti Patres * (*q*) judicarent, hanc fore Ecclesiae manifestam Simoniam, si simul contractus uno contextu facti probarentur. Et ergo Capitulum *Quam enormis* dicit, hanc enormem consuetudinem contra Sanctorum Patrum institutiones, * et dicit * (*r*) sacerdotium sub hujusmo-

(*i*) *quoniam in* (*k*) = C. (*l*) *damno* (*m*) + *et* (*n*) = (*o*) *sed* (*p*) *una* (*q*) ꝏ (*r*) ꝏ

modi mercede venale disponi. Et clarum est secundum intellectum et Glossas veras illius Decretalis, tam regimina, quam lucra ex regimine provenientia, secundum illam enormem consuetudinem locari solere.

Si dixeris: „ cur suffert haec Ecclesia?" Respondeo, ut aestimo, quod invita hoc patitur propter causas supra dictas. Et considera, Dilecte, quod Ecclesia, videns crescere malitias hominum, et multiplicari tergiversationes et calumnias malorum et maxime potentium, raro condemnat † (s) aliqnem de Simonia. Non vidi ego * aliquem * (t) Simoniacum temporibus meis condemnatum, sed hoc non laudo. * Attende * (u) tamen, quod, aut rarissime aut non, admittit Ecclesia articulos aliquos objectivos, et maxime de Simoniaca pravitate objicientes, videns, ut aestimo, pronitatem falsorum testium et perjurorum et * accusantium, facilitatem * (v) potentium, non curantium sive vera, sive falsa objiciant, dummodo lites Clericis, praecipue pauperibus, vel eis contrariis, moveant, et ad vexationes et ad expensas perducant, et pondere divitiarum suarum et longitudine temporis, in litibus et expensis eos opprimant, maxime per falsa testimonia. Et vere, si sine differentia articuli objectivi admitterentur, omnia litibus implerentur, et vix pauperes et bassi homines, vel minus callidi vel impotentes, in beneficiis remanerent. Sic Ecclesia, in medio malorum posita, multos patitur invita Simoniacos, Deo et judicibus conscientiarum judicia haec committens. Et quando sic invita † (w) patitur multos Simoniacos, quos tamen

(s) † *jam* (t) *quemquam* (u) *attendo* (v) (...)
(w) † *ecclesia*.

men patitur, non ideo *minus est* (x) peccatum, nec minus tenetur restituere pecunias, simoniace acquisitas, ut videtur. Caeterum, si factum *illud* (y) tale esset, ut Ecclesia potens esset judicare haec, et sine scissura pejori, nollet tamen judicare propter latens judicium in conscientia, ut in Cap. *finali*, *Extra, de Simonia*, cum aliis Concordantiis. Tunc adhuc, si mala et scandala fuissent exorta ex illo facto, aut aliqua publica et enormis consuetudo aut malitia fuisset per actum hujusmodi alicujus probi vel docti vel potentis viri magis conformata, aucta aut colorata; talis in foro poenitentiae, poenitens de hujusmodi facto tenetur, si possit, hujusmodi consuetudinem vel malitiam, saltem in quantum eam confirmavit, auxit aut coloravit, factis et dictis infirmare, diminuere et detegere et reprobare etc. Restituitur vere Ecclesiae sua sanitas et justitia, quam abstulit etc. Levat vel levabit vel sanabit, si potest, quos dejecit, scandalisavit vel vulneravit. Et etiam videtur non dimitti hoc peccatum, nisi restituatur ablatum, si potest restituere. Et nescio quibus modis hoc evidentius et exemplarius et vivacius facere potest, quam ut pecunias illas lucratas, in laudabiles et publicos usus sanctitatis ipsi, Ecclesiae sanctae posuerit uel restituerit, facto et dicto reprobando, quod tam enormi facto et corde *forte* (z) approbavit, ut in illo puniatur, in quo deliquit, *in* (a) ratione cujus acquirendi hanc enormitatem turpem aggressus est. Et istud videtur dicendum in factis illis, quae ad extra Ecclesia in *suo genere* (b) voluntarie sustinet, quia de occultis non judicat: quanto magis

(x) ∞ (y) = (z) = (a) et (b) ∞

gis hoc dicendum † (c) in his, quae Ecclesia invitissime patitur! Patitur tamen † (d), ne pejor scissura fiat, ut * praedixi * (e), † (f) et quae Sanctis Patribus † (g) judicat esse contraria; et maxime in illis rebus, vel in illis locationibus, ubi nec sufficit intentio bona, et ubi † (h) pacta interponuntur.

Rogo te, si etiam Ecclesia ad extra haec patitur propter praedicta, debet ergo judex conscientiae haec pati? Est magna diversitas Simoniacorum * volentium * (i) satisfacere Ecclesiae in judicio conscientiae, et ubi sola * est Simonia * (k) mentalis, ut dixi supra, secundum doctrinam *Bonifacii* curati vel non curati in *Dicto sexto* et * secundum multas alias doctrinas * (l). Si dixeris, * Capitulum *finale* * (m), *Extra*, *de Simonia*, dicit sufficere, per solam poenitentiam satisfacere Creatori, * maxime in illis * (n), * quae * (o) Ecclesia voluntarie * per occultationem * (p) sustinet * in vere poenitentibus * (q). Respondeo, quod verum est, sed † (r) magna est diversitas requisitarum poenitentiarum. Satisfactio etenim, quae pars magna est poenitentiae, valde diversa est in diversis negotiis, et alia * est * (s) in his, et alia in istis, alia in manifestis, alia in occultis, et alia in restituendis bonis temporalibus vel spiritualibus Deo, Ecclesiae vel homi-

(c) † *videtur* (d) † *de facto illo* (e) † *supra dixi* (f) † *vel magis ex incuria et negligentia Praelatorum in Alamannia, quae visibilis Ecclesia inhibet.* (g) † *Ecclesia* (h) † *manifesta* (i) *volentes* (k) ∽ (l) *sunt multae aliae doctrinae* (m) *Capitulo finali* (n) *saltem in his* (o) *quos* (p) *praetextu occultationis interioris* (q) = (r) † *in veris poenitentibus* (s) =

minibus, alia in reformandis et sanandis vulneratis vel laesis vel scandalisatis temporaliter aut spiritualiter, alia in revocandis falsis doctrinis, sive verbo vel facto ostensis vel approbatis, alia in fama et favore per nos infectis restituendis. Et vera poenitentia in hac parte est satisfacere laesis, scandalisatis et vulneratis per hanc apertam foeditatem. Et non video, quomodo hoc convenientius fieri potest, nisi ut praedixi. Nescio plus dicere. Consilium meum est, restituere has pecunias in publicos pios sanctos usus, et facto et verbo prius gesta reprobare. Si quis sciverit sanius, vel melius † (*t*) det et * proponat * (*u*) et doceat me, et vos libenter accipio. Dico, quae mihi videntur; libenter correctionem suffero. Imo, si in aliquo deviavi, opto invenire † (*v*); et, si necesse fuerit, spero me vel multa horum, vel omnia, Sanctorum auctoritatibus posse roborare; semper sub correctione Sanctae Matris Ecclesiae et melius sentientium. Dixi consilium * meum * (*w*); adjunxi rationes; quantum rationes meae bonae menti concludunt, * tantum * (*x*) faciat: consulo; quaerat in hoc consilio Dei homines, quibus illuminata est sancta mens, et vita concordet. Recedat a mundantibus exterius tantum perapsidem, secundum hominum traditiones, narrantes fabulatores, sed non, ut lex Dei.

Ego * immundus sum et * (*y*) infimus peccatorum: malo ista * a talibus * (*z*) audire, quam aliis vulneratis * hoc * (*a*) proloqui. Gaudeo tamen ad vocem Spon-

(*t*) † *consilium* (*u*) *propinet* (*v*) † *correctionem*
(*w*) = (*x*) *cautum* (ex emendatione ad oram libri)
(*y*) ∽ (*z*) = (*a*) *haec*

Spensi et Sanctorum, quibus mihi haec vel horum exemplaria visa sunt; *quam* (*b*) recte, Deus et alii videant. Quem, rogo, ut videamus et vivamus. Amen. *Amen. Amen* (*c*) (28).

(*b*) *num* (*c*) =

(28) Subscripta erant: *et sic est finis istius compendii valde vyo.* . . . (Sed haec denuo erasa sunt, ut et, quod inferius scriptum: *Explicit hoc opus Diaconi Gerardi magni, breve et multum utile copulatum* [compilatum?] *Daventriae et cetera.*

Dus verre de *Epistola*, die, niet minder dan de *Sermo c. Focaristas*, de ernstige en gestrenge denkwijze van onzen Landgenoot aan den dag legt Gaarne had ik, behalve de twee Handschriften, nog een of meer gehad, om op plaatsen, waar ik de meening der woorden, zoo weinig als derzelver constructie, juist heb kunnen verstaan, door vergelijking, mij zelve en den lezer te onderrigten. Bij gebrek aan dezelven heb ik den *Tekst* gegeven, zoo als ik dien vond, zonder mij te wagen aan het maken van *conjecturale emendaties.* Van dezen heb ik mij te liever onthouden, daar ook stijl en taal zich in dezen *Brief* nog ongunstiger voordoen, dan in den *Sermo.* Niet alleen zijn het onlatijnsche *woorden* (b. v. *homines bassi*), maar vooral gebreken in de *constructie* (zoo als: *ut* [opdat] *potest*), en fouten tegen de *consecutio temporum ac modorum*, die hier in dit klein bestek veelvuldiger zijn, en meermalen (althans,

thans, (in evenredigheid) voorkomen, dan in het veel uitgebreider stuk. De *Brief* schijnt mij toe, in haast opgesteld, en ten eerste verzonden te zijn, zonder nadere beschaving ondergaan te hebben. Misschien is ook wel iets aan de Afschrijvers te wijten. Doch, aan doorgaande zuivering van den Tekst valt — mij althans — niet te denken; ik moest er van afzien.

Nu volgt het Geschrift *de Matrimonio*, dat ook onder een' anderen, meer uitvoerigen, titel (*de incommodis matrimonii*, enz.) schijnt voor te komen. *Schijnt*, zeg ik, vermits ik er niet stellig over kan oordeelen. Een der gevolgen van de scheiding van Noord- en Zuid-Nederland is, dat de gelegenheid ons ontnomen is, om uit Klooster- en andere Bibliotheken, voldoende beschrijvingen, uittreksels of afschriften van oude geschrevene Boeken, die in dezelven voorhanden zijn, te bekomen, — of zelfs, om Kloosterbibliotheken, van welke men berigten vindt bij vroegere Schrijvers, doch die nu minder bekend zijn, op te sporen. Mij is daarom uit het Zuiden, in weêrwil van mijne pogingen, geen ander Exemplaar, zelfs geene *Notice*, van dit Werk onzes Diakens, en even weinig van anderen, ter hand gekomen. Ik geef den Tekst derhalve slechts uit één (het Groningsche) Handschrift. Hetzelve is, over het geheel, vrij leesbaar: doch de Tekst, vrees ik, niet overal zuiver. Zoo ten minste bevond ik dien in den *Sermo c. Focarr.*; van welken de zuiverste lezing in Cod. A. gevonden wordt;

die, hetgeen jammer is, niet gemakkelijk, niet zonder de oogen geweldig aan te grijpen, ook zelfs voor geoefenden, te lezen is.

Op eenige weinige plaatzen slechts heb ik den Groningschen Tekst niet kunnen lezen (t. w. in Cap. 2, 5 (bis), 10, 12, 14 (bis), en 22), en niet willen aanvullen uit enkele gissing. Doch elders, waar het lezen mij, in het eerst, moeijelijk viel, vond ik naderhand, door vergelijking van het schrift op andere plaatzen, en door hulp van het verband, de ware hand des Schrijvers. En zoo geef ik dan nu dit Opstel van GEERT GROETE, zoo getrouw mogelijk. Men zal er het goede niet in miskennen: doch, zoo ik vermoede, over het zwakke, overdrevene en Monnik-achtige, dat, bij afwisseling, telkens voorkomt, te meer verwonderd staan, naarmate de, geenszins domme, maar integendeel zeer doorzigtige, Schrijver het geneesmiddel tegen de, door hem zoo ernstig bestredene, ondeugden en misbruiken, dat voor de hand lag, en best werken kon, uit eerbied voor het Kerkgebod, verder weg werpt en smadelijker — ondanks deszelfs vermeende, *Sacramentele* kracht — afwijst. — Doch, men leze zelf en oordeele.

TRA-

TRACTATUS VENERABILIS MAGISTRI

GHERARDI MAGNI,

DE MATRIMONIO.

(*Ex Cod. Groningano*).

INDEX.

De quatuor praecipuis conjugatorum impedimentis in via Dei. *Cap. V.*

Num quis agnoscere possit in actibus suis, si a Deo vel Diabolo agitetur. *Cap. VI.*

Propter quid matrimonium sit contrahendum, et quae mala ex hoc sequantur, si carnaliter contrahatur. *Cap. VII.*

De verbis Apostoli, *melius est nubere, quam uri*, et quando magis vel minus peccatur in cogitationibus citra consensum. *Cap. VIII.*

Quod violentis cogitationibus resistens multum oneretur ex hoc. *Cap. IX.*

De ustione, et quando est nubendum propter ustionis flammam refrigerandam. *Cap. X.*

De veris remediis contra flammam urentem, sine quibus Matrimonium etiam non est verum remedium. *Cap. XI.*

Quod, excepto periculo fornicationis praedicto, nubere stultum est propter quamcunque causam: et quod bonum prolis in hoc tantum est, ut instruatur ad serviendum Deo. *Cap. XII.*

De malis, quae currunt in coitu conjugali; ad quos

quos fines intendendum est in actibus conjugalibus, et quae difficultates sint in observatione horum. *Cap. XIII.*

Quod stultum est pro nunc propter prolem, ad solam Dei gloriam habendam, nubere. *Cap. XIV.*

Quod raro impletur intentio ordinans prolem ad vitam sanctam, et quod ad talem vitam leviter filii instrui non valent. *Cap. XV.*

Volens nubere propter vitam sanctam prolis, ante omnia habet eligere mulierem sanctam, intentioni suae conformem: alioqui vita sua erit in turbatione praesentium et periculo futurorum. *Cap. XVI.*

Quod pulcrum est, cum sancta muliere Christiana conversari, et quam difficile sit, infantulam ducere, et contrariam moribus. *Cap. XVII.*

De sex bonis conditionibus mulierum, quarum si una deficit, omne gaudium absorbetur. *Cap. XVIII.*

De diversis periculis mulierum in forma et aetate, in fortuna et in aliis. *Cap. XIX.*

De dubio perseverandi in bonitate et castitate; de fastidio alterius ad alterum ex societate. *Cap. XX.*

De

De custodienda muliere, et malis quae inde sequuntur et suspicionibus. *Cap. XXI.*

De multis tribulationibus carnis inter conjugatos, et quod actus conjugalis nocet corpori et vivacitati, et quod Sancti multum suadent suis, quod nuptiis non concilient. *Cap. XXII.*

IN-

INCIPIT HIC PROLOGUS VENERABILIS ET EGREGII MAGISTRI

GERARDI GROET,

Diaconi Trajectensis Ecclesiae,

IN TRACTATU DE MATRIMONIO.

Carissime, qui diu coelebs et lucens venerabiliter et populo exemplariter vixisti, nunc, ut timeo, refrigescente interno serio, ad nuptiarum compedes diceris anhelare, et, non sine tuo magno periculo, ad ima inclinare; unde tibi condoleo, si tamen tu doles. Quodsi non doles tu, te tamen doleo; non tibi, sed Matri Ecclesiae, quae te, tanto labore et tanto tempore, tam suaviter genuit et educat, Sanctisque, quibus notus es, condoleo. Quamquam non festinanter, ut fama volat, te ad captivitatem spero properare, sed longe mitius de te meliora et saluti propiora confido. Sic sperans et timens, si liceat sperare timenti, dolens condolensque tibi, ut noto mihi secundum faciem, ad tuam et aliorum doctorum abundantiorem, secundum jam praesens saeculum, cautelam scribere cogor.

CA-

CAPITULUM I.

Quae sint advertenda in cujuscunque statûs mutatione.

In omni re facienda, et maxime in mutatione statûs faciendo, quatuor principaliter et praecipue respicienda, nemo prudens dubitat. Quae ne negligas in tuum discrimen, plurimum admoneo. Respice ergo quatuor haec: a quo statu, ad quem statum, qua via seu mutatione, quo impellente, ad quem finem movearis. Haec in sequentibus tibi, ex aliis in Christo dilectis, pertractanda distinctius, juvante Domino, declarabo. Nec omnium puto, haec cognoscere, sed eorum duntaxat, qui aures audiendi habent, et quorum aures in via Domini audienda et cognoscenda Deus aperuit; nec aliis puto haec revelanda. Omnis enim gratiae et naturae, prudentiae aut artis non mendacis, recta apparatio semper per se tendit ad quid melius constituere, licet per actiones, aut praeter intentionem, aut ex errore, sequatur melioris vel corruptio, vel diminutio. Quid ergo est, quod tu, qui totis his quatuor, scilicet gratiae, naturae, prudentiae et artis, instrumentis juvaris, prae caeteris usum eorum debitum et ordinem, de longe meliori et incomparabili bono altae et serenae continentiae, ad longe minus et inferius bonum, sive ad vallem conjugalem, vastam, densam et umbrosam, descendis, ad quam creberrime, crassa concupiscentia, lumen rectae rationis tegente vel obscurante, praeceps carnis saepe latens impellit suavitas, ut tu, qui spiritu incepisti, jam carne consummare videaris? Audi Hie-

Hieronymum: » Non mediocriter, inquit, errat, qui magno bono praefert mediocre bonum." Cui dicto ego addo simile. » Non mediocriter, inquam, peccat, qui in via morum, vel in electione bonorum, vel in mutatione status, et consequenter in tota vita, voluntarie errat et non mediocriter." Audi, in secundo *Pastoralium*, de conjugio et continentia, sic dicentem *Gregorium*: » Quisquis bonum majus subire proposuit bonum minus, illicitum sibi fecit. Qui ergo fortiori studio [se] tenderat ad aratra, retro convincitur respicere, si relictis amplioribus bonis ad minima retorquetur. » Nemo, ait Christus, mittens manum ad aratrum et respiciens retro, aptus est regno coelorum." Nam in vita Sancti Antonii scribit *Anastasius*: » Antonium docuisse, quod respicere retro nihil aliud est, quam in eo poeniteri quod ceperis et mundanis rursum desideriis obligari." O Christe, via et veritas! iste misit manum ad dulce jugum tuum; en supposuit humeros suos leni oneri tuo et serenae continentiae tuae. Non eum retro sinas respicere, cui jam non licet, quod ante acceptam viam Domini licuisset. Transivit jam dudum multum viae tuae, appropinquans fini vitae suae. Ne sinas eum retrogradi. Non revertatur, quia nullo modo licet, rogo, in Ægyptum, quia terram promissionis hic ingressus est, qui se plurimum a consortiis alienigenarum et pollutorum, nec non a turbis abstraxit, qui conversatione Christiana, gestu et habitu, sanctis et humilibus signis, se Ægyptiis filium Israël, a mundanis pie circumcisum, monstravit, atque se dare mundo servitorem tuum ostendit. Et, si forte retro mentis oculo respexerit in desiderio animae suae, oro Te, ne plene

corpore et opere retrospiciens perseveret; ut non, veluti uxor Lothis, in solis vertatur statuam; ut non a Te, nec a populo Tuo, nec a turbis hominum, quasi sal infatuatum habeatur. Omnino namque Domine! ex verbis Tuis: » si sal evanuit, quod ad nihilum utile est, nisi ut conculcetur ab hominibus." Sed Tu, summa Misericordia! si mente cecidit, non dimittas eum in desideriis; ne vadat secundum adinventiones suas, sed potius eas pie ulciscaris, et suppone manum Tuam, ut justis facere soles, ne collidatur, ut non recedat a via Tua, neque inique agat in testamento Tuo.

CAPITULUM II.

Quam inexpediens sit uxorem ducere, etiam quibus licitum est: et quando licitum est, si inexpediens, fit illicitum.

Rursum, si liceret te uxorem ducere, non tamen expediret, sed ad salutem tuam esset tibi dispendium et minus honestum, salutisque facultatem removens et impedimentum praestans. Et hoc habeo ex verbis Apostoli, qui prima sua Epistola ad Corinthios (*a*) sic cohortatur ad continentiam: » Existimo ergo, inquit, hoc: scilicet, non ligari nuptiis bonum esse propter instantem necessitatem; quin bonum est, hominem sic esse. Alligatus es uxori, noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore, noli quaerere uxorem." Et subdit porro (*b*): » ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vo-

(*a*) Cap. VII. c. 26, 27. (*b*) c. 35.

vobis injiciam, sed id quod honestum est, et quidem facultatem praebeat, sine impedimento, Domino serviendi." Unde discipuli Christi cum hujusmodi impedimenta et difficultatem non ignorarent, et audissent a Christo, matrimonium non nisi propter fornicationem esse solubile, hanc verissimam sententiam protulerunt (c): » Si talis, inquiunt, est causa hominis, tum homini non expedit nubere." Quis ergo servorum Dei, sine magno peccato, potest in salutis suae itinere ex proposito ponere offendicula, et rectum cursum viae, aut per difficultatem, aut per impedimenta, sponte retardare vel impedire? Nam quamvis multa secundum genus in . . . . a Christo et Sanctis suasa sunt, secundum eamdem generalitatem dicuntur et sunt licita. Verum tamen secundum speciem, quando quis, ex recta scientia, circumspectis cum eorum circumstantiis, quamcunque rem, mutationem vel viam sciverit suae saluti non expedire, aut difficultatem aut impedimentum praebere, omnia talis est sibi veraciter facta illicita in specie. Sicque, quod erat consilium in genere specificatum, crebro fit praeceptum. Omne namque peccatum illicitum et inhibitum est, et praeceptum est: ne fiat; sive verbum, sive factum otiosum, sive etiam mendacium officiosum fuerit. Quanto magis verbum vel factum omnibus attentis vanum vel nocivum, inexpediens vel impediens, contra praeceptum est! Quia quicquid est contra ordinem naturae purgatae et gratiae purgantis et finis recte intenti ab homine, peccatum est. Nec est putandum, ut quidam minus docti aestimant, quod faciens

(c) Matth. XIX, 10.

ciens contra praeceptum vel Dei vel Ecclesiae, etiam voluntarie, non tamen ex contemtu, mortaliter peccet, si duntaxat facere contra praecepta Decalogi, aut contra praecepta amorem Dei et proximi jubentia vel includentia, aut contra alia praecepta, facere ex contemtu mortale est. Quanto[-*um*] autem peccatum sit, ultro et sponte vitae suae scandalum et, ne rectius serviat Domino, obstaculum ponere, ponderet, qui ponderare voluerit et aurem audiendi habuerit. Exemplum doctorum capiamus. Arripiens uxorem, secundum Apostolum, non peccat: sed revera arripiens mala intentione uxorem, vel libidine pulcritudinis, vel divitiarum principaliter illectus, peccat. Sic et arripiens uxorem, sciens salutem suam impediri vel tardari, vel non expedire sibi, simul singulis attentis, vel ultro retro respiciens, peccat. Et forte in casu peccat gravius, meo videre, quam si libidine ductus, impetuoso motu carnis, Dei leges et vias non consulens, fornicaretur vel nuberet. Nam sponte sic averti a salute vel salutis parte, si[*c*] supremam rationem et aeternas leges consulentem, est ab ultimo fini averti[. *Quod*] quidem nullo casu bene fieri potest; nec Deus nec Creatura potest hoc praecipere; ut declarat beatus *Bernardus*, in Libro *de praecepto et dispensatione*. Quamvis et fornicatio et adulterium solius Dei praecepto, ut in *Oreepha* (*d*), bene fieri potest et potuit; licet etiam omnis mortaliter peccans, secundum lapsum inferioris saltem rationis, avertit se a Deo, tamen hoc ut plurimum est mediate et per convenientiam, convertendo se ad creaturam commutabilem sub intimatione gra-

(*d*) An: *Propheta? Hosea? Gomera?* Cf. Hos. I et III.

gratiae et amicitiae sibi inhibitae. Et dein, caeteris paribus, unum peccatum alio gravius est, quo in eo superior ratio aeternas leges Dei magis advertens, ab eo consultius se avertit, aut quo leges illae directius tendunt ad finem ultimum, quas ille contemnit, vel impedit, vel retardat. Haec ideo dixerim, ut in vita sua ordinanda vel mutanda omnis haec legens fiat doctior, vel cautior. Quin imo inter multa, quae exilio in hoc, nos infirmos virtute et faciles ad decipiendum et a via Dei rapiunt, nullum licitorum in genere, meo videre, perseverantius hominem impedit, longius hominem divertit, latius dispergit et profundius animam corpori et mundo immergit, quam carnale conjugium. Unde et ipsi homini Dei unum de expedientissimis judico; neque video quicquam in genere tam sanctum et licitum. Et aliquando in facto seu specie, licet rarissime, tam magna puritate subnixum quid, in divinis libris Spiritu Dei, tam aperte et multipliciter tanquam inexpediens et impediens dissuadetur. In cujus signum, nec ad vitae spirituale proelium videtur recenter contrahens admittendus. Sic nec in Lege olim admissus est illo anno, quo velavit ad nuptias. Hinc in parabola euangelica ille qui villam, et ille qui juga boum emit, uterque quidem probabiles causas vel occasiones assignans se excusat: sed ille qui uxorem duxit sine excusatione solam impossibilitatem allegat.

CA

CAPITULUM III.

Quibus cavendum est a conjugio propter indecentiam et scandalum aliorum.

Saepius *tertio* perpende, si te liceret, et tibi expediret uxorem ducere, adhuc tamen non decet, nec aliis expediret. Et vere inepta pars est suo toti non congruens, magisque quodlibet membrum toti quam sibi ipsi est et esse debet. Nunquam manus sibi soli manus, aut oculus sibi soli oculus est, sed potius toti corpori et membrorum cuilibet. Nec hoc manum, nec oculum, nec totum corpus decet in decore totius, ut sibi soli sint manus et oculus. Ideo nec expedit sibi ipsi, nec licet. Nam citius oculus offenderet, si sibi soli, et non cuilibet membrorum praevideret; citiusque manus interimeret, si non magis ventri et aliis, quam sibi ipsi, laboraret, ut in quadam Fabula *Æsopi* confingitur. Quodsi sic est, cur non times in sancta Sanctorum via scandalum ponere? Nam spiritum divinum in via Domini ambulantium, aversionem tuam audientium, contristaberis, debiles et novitios, ceu calamum quassatum, confractum, aut linum lignum fumigans, franges aut extingues; et quibus dudum positus eras in exemplum, nunc eris in lapidem offensionis et scandalum. Peccator, qui te noverat ad viam Dei accessisse, ex te magis horrebit vel tardabit accedere; proselytus vero vel pusillus efficietur pusillanimior, cum te, tam probatum et senem, et doctum, diu in magna via Domini permansisse et ex proposito ab ea declinasse audierit. Heu! hoc tuo facto dicis et signas, nil

ma-

magni vel gloriosi, nil pretiosi vel praecipui, nil vel suavis vel dulcis te in via Dei invenisse, qui eam propter apparentem vel momentaneam voluptatem, etiam multis mundanis despectam, vel propter incertam, aut aliud quodcunque temporale, tam leviter relinquis. Cum tamen revera temporalia centupla et longe centuplis ampliora in via Domini sint, ut quotidie experimur, quid in quibuscunque mundi oblectamentis valeant cogitari, etiam si videantur maxima et altissima suis amatoribus. Sed vae mundo ab scandalis! vae mundo, et per quem scandala veniunt: melius enim esset illi, si in hoc permanserit, quod natus non fuisset; natus, inquam, nec carne nec spiritu. Et mitius illi esset, secundum verbum veritatis, quod suspenderetur, pro suavi jugo Christi, quod abjecit, mola a sinaria in collo ejus et mergeretur in profundum maris, quam unum scandalisaret de pusillis his aut minimis, qui in me credunt. Terror verborum Filii hominis sit super omnes filios hominum. Jam non differt, quo signo quis Deum, aut viam Dei, sine voce, sine facto blasphemet. Absit longe, illam Prophetiam et Apostolicam vocem tuo reatu impleri: » Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes." Unde ait *Augustinus* in Libro *de vita Christiana*: » Deus etiam a nobis nihil magis desiderat et requirit, quam ut per actus nostros nomen suum sanctificetur ab hominibus, sicut scriptum est: » Sacrificium laudis honorabit me." Hoc est sacrificium, quod Deus praeter omnes hostias quaerit et diligit, ut per justitiae nostrae opera nomen suum ubique laudetur, et Deus verus ex suorum actu et opere servorum comprobetur. Illi vere Deum diligunt, qui non aliud, quam unum

unum nomen Dei glorificetur, ex[erc]ent." Haec *Augustinus*. Deinceps, quod absit! si abieris in consilio impiorum, et in via peccatorum steteris, longissime tamen cave, quod summe malum est, ne in cathedra pestilentiae sedeas; ut sic tuis verbis, sicut factis tuis, magister vel praeco erroris fias; quod etiam de te verendum est, cum quilibet pronus sit, vel amore privato, vel timore vituperii, facta sua defendere. Verendum, inquam, est, ne contra Christi et Apostolicam doctrinam persuadebis et asseres, omnino utile fore hominibus nubere, et expediens et salubre properantibus viam Domini nubere, ne tu, vel stulte, vel damnabiliter agere videaris. Hic cantus toti Ecclesiae dissonus, eo tibi et tuis auditoribus periculosior est, quo dulcior, et libentius et avidius a carnis malo infectis hauritur; quorum copiosus est numerus, quo laudaretur peccator in desideriis suis et iniquus benediceretur. Inde, ut aestimo, Lex Mahometi tam multas et amplas terras cito pervasit, quae verba illecebris carnis per nuptiarum multitudinem congrua propinavit. Audi beatum *Augustinum* Deo confitentem et conquerentem, quod Alipio venenosos scripsit suis verbis laqueos, cum nuptias, ad quas aestuaret, nimi usu commendaret. "Insuper, ait, per me Alipio serpens loquebatur atque innectebat, atque spargebat dulces laqueos in via ejus, quibus illi honesti pedes et expediti implicarentur." Haec ille. Cave ergo dulcem hanc cathedram pestilentiae, quia sermones tui, ut docti hominis, ut experti in via Domini, caeteris multis erunt probabiles; ne scientia et praecedens vita et devotio tua, sicut diligentibus omnia cooperantur in bonum, ita et Ecclesiae

Chri-

Christi cooperentur, quod absit! ad malum, ut solet in reprobis, quod est infernale praeambulum. „Pessima," ait *Aristoteles*, in primo *Politicae*, „ est injustitia, habens arma."

CAPITULUM IV.

Quod difficile verae Sapientiae, seu Philosophiae, simul et Uxori, quis vacare potest.

Caeterum mirandum est, quod jam vis propter uxorem non solum perfectionis viam, sed etiam sapientiam Christianorum, et etiam scientiam literarum, quibus à juventute assuefactus es, relinquere. Quodsi sic, cur tam multo sudore vacasti devotae doctrinae? Cur tam longo itinere studia literarum pertraxisti, si, propter tam infimas et rusticas feminas carneas, adeo regalibus uxoribus tanto aevo et tanta tranquillitate tibi conjunctis, inverecunde das libellum repudii? Querelas suas non est dubium quin contra te apud suos parentes aeternos deponent, brachiumque divini judicii, ut timeo, invocabunt. Met in hoc blandiens tibi, ut eas placatas efficias, quia simul et illis et istis thori fidem servabis, nescis quod apud Christianos non nisi una uni uxori esse potest legitima: caeterae si adsunt, adulterae sunt; nescis quod duobus dominis Christianus servire non potest, nec mundum simul et Deum diligere. Inde est, quod, qui aeternam sapientiam sibi spiritualiter desponsant, tunc fugiunt carnale commercium alienigenae. Verum secundum plura testimonia possit tibi comprobari, nec philosophiae mundanae nec uxori posse simul quem-

quam vacare; quod tamen longe facilius est. Sicut sexto *Confessionum* Libro (e) refert *Augustinus*, quod Alipius sibi vere persuadebat, ambobus, adhuc sine . . . . baptismo existentibus. » Alippius, inquit, me prohi» bebat ab uxore ducenda, cogitans me nullo posse se» curo otio vivere, si id fecissem." Quin te rogo, Alippius, qui otium securum scis philosophiam postulare? Audi *Theophrastum* philosophum, in libro qui sibi *de uxore non ducenda* adscribitur. » Non esse, inquit, » uxorem ducendam sapienti: primum certum est im» pedire studia philosophiae, nec quemquam posse li» bris et uxori pariter inservire." Idem *Valerius* ad *Rufinum*. Unde *Tullius*, rex Oratorum, secundum *Hieronymum*, post repudium uxoris suae Terentiae, uxorem ducere renuens, fertur dixisse, » se pariter philo» sophiae et uxori vacare non posse." Sed adverte verba *Sophoclis*, quae narravit *Cato*, secundum *Tullium* in *Catone majore*. » Cum a Sophocle quidam, jam confectus aetate, quaereret: » uterelurne rebus?" Dii, inquit, boni meliora deduint! ego autem istinc, sicut a domino agresti et furioso, perfugi. Cupidis enim istorum talium odiosum fortasse et molestum est talibus carere; satiatis autem et expletis secundius est carere quam frui, quia non careret is qui non desiderat, ergo non desiderare dico jucundius." Haec *Cato* de *Sophocle*. Sed tu mihi forte oppones, ut *Augustinus*, nondum Christianus, et se ipsum et sui quantitatem adhuc ignorans, ut confitetur, restitit Alippio, nuptias, ut plu- sic

(e) Cap. XII. (Ed. nuperae Berolinensis (1823.) a *Neandro* procuratae pag. 136.)

losophiae et libertatis obstaculum, dissuadenti. » Resistebam enim, inquit beatus *Augustinus*, qui conjugati coluissent sapientiam et promeruissent Deum." Si sic objicis mihi cum *Augustino*, rogo, ut respondeas, confitearis et cognoscas, longe te esse ab illorum granditate, qui praedicta in conjugio perfecerunt. Sic enim culpans se *Augustinus* ait: » a quorum qui» dem granditate longe aberam, sed delectatus sum morbo carnis meae; trahebam catenam meae, solvi timens, quasi concusso vulnere repellens verba bene suadentis, tanquam manum solventis." Haec *Augustinus*. Plurima alia secundum *Augustinum* ibidem tibi proficua invenies. Sed hoc praecipuum serva, non esse nisi grandium sapientium, Deo cum uxore servire. Quis se grandem, nisi superbus, aestimabit? Quis, nisi tentas Deum, etiam grandis hoc tempore, praesciens pericula, amabit se illis involvere, et internis se latronum insidiis immiscere, habens aliunde, unde sibi humanitus possit consulere. Si fortis, sed time fortis uxorem, quia Samson deceptus est. Si sapiens es, time, quia Salomo per mulierem lapsus est. Si humidis secundum cor Dei, time, quia David per mulierem cecidit. Timeant omnes, qui ab Adam descenderunt, mulierem, quia ipse, undique bene formatus divinis manibus, suasu mulieris, cum toto genere humano cecidit, relinquens mulieribus et nobis veloces pedes ad laqueos. Time ergo, si fortis et sapiens athleta fueris. Si non omnino fortis fueris, fuge; quia mulieri et sapientiae Dei vacare cibus duntaxat est grandium. Vere enim grandis est, qui scit manum suam in utroque mittere horum, et velut ambidexter carni per carnem, sed non

 car-

carnaliter, et spiritui secundum spiritum in carne, constanter famulari.

CAPITULUM V.

De quatuor praecipuis conjugatorum impedimentis in via Domini.

Deinceps fore declarandum puto aliqualiter singularius et clarius illam, quam, qui uxorem duxit, impossibilitatem veniendi ad coenam Domini nominavit. Quam ego, secundum verba Apostoli, mitius dico difficultatem Domino serviendi. Enimvero hanc declarans Apostolus, ait: » Volo vos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quae sunt Domini, quo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, solicitus est, quae sunt mundi, et quo placeat uxori, et divisus est. Mulier, quae innupta est, cogitat quae sunt Dei, ut sit sancta corpore et spiritu. Quae autem nupta est, cogitat quae sunt mundi et quo placeat viro. At vero difficile est et arduum, mundana cogitare et circa mundana solicitari et non mundanum fieri. Vis scire, qualis es, videas qualia amas. Vis scire qualia amas, non est dubium, quin frequentius cogitas illa. Difficile est, mundana tractare et non amare. Difficilius est, mundanis indigere et non moveri ad inquirendum ea spe et desiderio. Difficile est, ea habere et non conservare, id [est] acquirere sine noxia solicitudine. Difficile est, ut quis eis, quae sibi moderate et apte sufficiunt, contentetur. Difficile est labilium ex natura necessariorum lapsum rei familiaris et . . . bae hujus mundi aequanimiter tolerare. Difficile est pericula obviantia et injurias

rias domesticas suaviter pertransire, absque multis aliis, quae extrinsecus per providentiam domûs, uxoris, prolis et bonorum multiplicia incumbere solent. Sed multo his difficilius est, cogitando et solicitando ad complacendum mulieri, voluptatem et concupiscentiam carnis intra legitimos limites coërcere: in quo si totus praeceps ruat exorbitans, prout magna facit pars hominum, Deo non servientium, indivisus est, sed tota caro est et ex carne diabolicus. Si autem pro parte satisfaciat concupiscentiae, pro parte rationi, aut aliquando concupiscentiae, aliquando rationi, male divisus est cum suo periculo, et duplici via videtur incedere in via Domini. Non sic pius Christianus conjugatus, sed aliter divisus est; attentione namque et desiderio, etiam amore in mundo non est, sed opere et exteriori conversatione complaceat mulieri, non secundum propriam carnis concupiscentiam, sed secundum debitum; corde extra immunditiam est, non corpore: et sic bene divisus est, quicunque est ille. Sed vere difficile et timendum est, ut saepius videmus, ne corpus cor attrahat, et opus et conversatio mentem transforment. In quo haec non contingunt, vere magnus est, et laudabimus eum, si eum sciverimus. Tales suos Apostolus voluit esse conjugatos. » Ego itaque," ait, » fratres, dico: tem» pus breve est, scilicet ad promerendum. Reliquum » est, ut, qui habent uxores, tanquam non habentes » sint, et qui flent, tanquam non flentes, et qui gau» dent, tanquam non gaudentes, et qui emunt, tan» quam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo, » tanquam non utantur. Praeterit enim figura hujus » mundi." Haec verba Apostoli, antea et post semper ser-

sermonem de conjugio continuantis ad contrahentes matrimonium principaliter, licet ad alios trahi possint, dirigentur in quibus arduitas sanctae conversationis in matrimonio declaratur. Cujus . . . . summa haec est: »sic uxorem habere, et sic Deo in conjugio servire, ac si non haberet uxorem." Quam in quatuor difficultates particulares et arduitates subdivisit Apostolus. Nam tribulatio carnis, quam necessario secundum eum habebant conjugati, flere compellit. Complacentia mulieris cum annexis gaudere cogit. Necessitas instans domûs, conjugis et prolis possidere constringit. Cogitatio vero et solicitudo horum quae mundi sunt, uti mundo coarctant. Nunquid hae sunt voragines quatuor et quadruplex materia plena periculis et retibus? Nunquid in multis praeparatum et bene dispositum et armatum esse convenit, qui salvus has omnes pertransibit? Nam si fletus est in conjugio, non ille de peccatis est, sed de carnis tribulatione. Si gaudium est, nunquid de concupiscentia carnis est? Quid his periculosius? Et quale his intermedium, nisi a contrario? ut secundum Apostolicam hanc doctrinam fletui risus internus misceatur et gaudio dolor, et si[t] flens quasi non flens, et gaudens quasi non gaudens. O! qualis hic oritur contentionis pugna! Contendunt enim gaudia flenda cum laetandis fletibus; quorum quaelibet pars, satis contrarietatis et difficultatis habens in se, satis contenderet, etiamsi non hoc modo eum undique oppositis compugnare[t]. De mulieris inquam placentia et de mutuo carnali vel mundano solatio tunc recte gaudet gaudio flendo, quum vel se mundane, vel carnaliter secundum exteriorem hominem gaudere, cordetenus secundum interiorem hominem doluerit. . . .

rit. Et tunc recte quis dolores seu tribulationes carnis secundum exteriorem hominem sustinet, quum eas secundum novum hominem gaudenter ex necessitate imperatas, velut ex Dei manu, ex circumspectione susciperet. Ecce duae contrarietates, quae cogunt hominem Dei in eodem actu alium esse intus et alium extra, mulieri et mundo apparere, et secundum unam formam in se ipso tam esse, quam apparere, secundum interiorem hominem, et secundum contrariam esse et apparere, in eodem actu, secundum exteriorem hominem; imo secundum eumdem hominem, scilicet vel interiorem vel exteriorem, simul laetari et tribulari, quamquam de diversis. Quid piis his difficilius et turbidius esse [possit]? Quis per rectum iter inter tot oppugnationes et retractationes procellarum, o rector hominum! in hoc mari turbido se valet dirigere, et Charybdin declinare? Nunquid arduum est infirmis nobis, frenum carnalis concupiscentiae vel solatii ad imperium rationis restringere? vel, ne fluat praeceps in concupiscentiam, retinere? Nunquid et arduum est, tribulationes et flenda solum sine murmure pertransire? Sed adhuc majus est ea patienter sustinere. Sed maximum est, quod Apostolus consulit aut praecipit, quasi non flens in flendis existere, et quasi non gaudens, vel non concupiscens, in gaudiis et concupiscentiis commorari. Similes fere contrarietates, compugnationes et procellae sunt in duabus aliis difficultatibus, ab Apostolo nominatis: in possessione seu emtione esse quasi non possidens, et, in usu mundi fore quasi non utens. O! quam difficile est, emere et non possidere! Difficile est, multa habere et corde non tenere, vel non amare, vel non solicitari; nec minus diffi-

ficile forte, utens non abuti. Item, quam poenosum et laboriosum sit, sine pluribus instrumentis et possessionibus interiorem tranquillitatem conservare, quotidiana docet experientia. Quam difficile est etiam sic divitem et potentem, seu possidentem, regnum Dei introire, Euangelium clamat. Maxime arduum videtur, in his et in aliis, ad quae usus mundi et nuptiarum constringit, tenere viam rectam sine offendiculo inter prospera et adversa. Nam sive sint prospera sive adversa, hoc commune vae! secum portant, quod dissolvunt hominem, distrahunt et turbant. Sed specialiter, si vis scire utriusque miseriam, audi *Augustinum* in *primo Confessionum* Libro. » Prospera," inquit, » in adversis de» sidero: adversa in prosperis timeo. Quis inter haec » medius locus est, ubi non sit humanae vitae tentatio? » Vae prosperitatibus hujus seculi a timore adversitatum » et a corruptione laetitiae! Vae adversitatibus seculi » semel et iterum et tertio a desiderio prosperitatis, » et, quia ipsa adversitas dura est, et ne frangant to» lerantiam." Haec *Augustinus.* Hae vae et miseriae quamvis totum genus humanum impugnent, maxime tamen eos, qui coguntur uti mundo, secundum statum prosperorum et adversorum. Istis enim quatuor miseriis contraria apparare nihil aliud est, quam hoc, quod Apostolus nuptis praecepit, ad quae eorum nisus se debet extendere; ut videlicet utantur hoc mundo, tanquam non utantur. Non tristentur in adversis, non laetentur in prosperis; in prosperis adversa non timeant; non dissolvantur laetis. Vel depingantur in adversis, non frangantur impatientia in adversis. Non ea velut dura sufferant, nec pondus gravitatis eorum alienari vel deponi,

ii, vel contrarium evenire desiderent. Sed haec sunt perfectiorum negotia, quibus tamen conjugati, quia vehementius his urgentur, aliis in hoc mundo navigantibus, secundum multam eorum implicationem, magis indigent. Unde patet, quod eis difficilior longe, quam aliis, via est ad regnum coelorum, multisque plena laqueis et insidiis fortium; ubi plures periclitari, paucos evadere, timeo, eorumque, qui evaserunt, plures, pluralitate vulnerum et difficultate itinerum, vel infirmos, vel lassos, aestimo pervenire ad stadium. Quamvis quosdam Christianos speciali Dei numine fortes in praeliis, et paucos perfectionem aestimo in conjugio tenere. Sed perfecte matrimonium incipere et omnino sancte, meae experientiae non occurrit: sed multa matrimonia cum peccato vel infirmitate incepta, per superseminationem Dei, saltem ab uno conjugum, sed rarissime ab ambobus, vidi fortiter in via Domini currere, et per has quatuor difficultates magno velo zeli Dei pertransire. Clamemus ergo cum *Augustino*, pro continentia in rebus et in carne: » O Deus! imperas nobis continentiam, et, » cum scirem, ait quidam Sapiens, quod nemo potest » esse continens, nisi Deus det: et hoc ipsum erat sa» pientiae, scire cujus esset hoc donum; per continen» tiam quippe colligimur, et in Unum, a quo multipli» citer defluximus. Minus enim Te amat, qui Tecum » aliquid amat, quod non propter Te amat. O! Amor, » qui semper ardes, et nunquam exstingueris, Caritas, » Deus meus! attende me. Continentiam jubes: da quod » jubes, et jube quod vis." Haec *Augustinus*. Istarum quatuor difficultatum in genere dicta sufficiant, secundum quas docentur conjugati, quomodo et ad quos fines,

nes, si voluerint perfici et securari in bono, debeant laborare et niti, et cum difficultate ad eas intentione festinare.

CAPITULUM VI.

Unde quis agnoscere valeat in actibus suis, an a Deo, vel a Diabolo agitetur.

O Custos hominum, Deus! ostende huic servo tuo, quo imperante aut impellente vehatur, qui in animae suae semine seminando pro fructibus suis colligendis, propter fructus terdenos, qui in vita, qua religiose in conjugio vivitur, fructus sexagenos, qui continentiae, centenos, qui virginali vitae tribuuntur, non formidat postponere. Quam putas, quove imperante, mutationem fieri, in qua ager vel semen non nisi tricenos fert, qui antea continentiae vel sexagenos germinare consuevit? Absit a te procul talis mutatio. Indigestionis est haec mutatio, vel deficiente calore Spiritûs, vel humore gratiae, vel culturâ Patris coelestis, agricolae, qui omnem palmitem, per eum afferentem fructum, vel trahit vel purgat; sic purgat, ut ait Christus, ut fructum plus afferat, non ut minus. Verum testimonium paternae cultionis et purgationis est major fructuum allatio. Ex fructibus, inquit, eorum agnoscetis eos, tam homines quam mutationes, quam status hominum. In quo enim statu homo amplius proficiendo non fructificat, in eo silvestris arescit. Unde patet, nullum ad minus fructificandum, vel ad arescendum trahi a Patre luminum, a quo omne datum optimum et omne do-

donum perfectum est. Cum quo qui non colligit, spargit, et qui secum non est, contra se est. Ab alienis et contrariis dispersoribus trahi talem putandum est. Quibus rationibus aëreae potestates et principes tenebrarum solent designari, quae circumdant nos velut reptilia, quorum non est numerus, ut atomi in radiis solis. » Circumdant, inquam, nos, ut apes, et exardescunt in nobis, sicut ignis in spinis, si non ulti eos in nomine Dei contriverimus." Est eorum vis non ex ipsis tantum, sed ex nobis in nobis est. » In omni re," inquit *Chrysostomus* super *Matthaeum*, » nascitur ex » ipsa re quod rem excipiat. Sic ex proposito ho» minis accipit Diabolus, unde retia hominum texit. » Quia ex se ipso nihil potest, nisi occasionem a no» bis acceperit." Haec ille. Si quaeris, quae sunt occasiones, patet, quod nostrae cupiditates. Diabolus dicitur princeps hujus mundi, secundum *Augustinum*, in Libro *de agone Christiano;* non, quia princeps mundi sit, sed princeps cupiditatum earum, quibus concupiscitur omne quod transit, ut eos subjiciat, qui negligunt aeternum Deum. Et quasi per cupiditatem, inquit, regnat in homine. Et renuntiatur Diabolo et angelis ejus, quum renunciatur pompis hujus mundi et corruptelis. Sic Christus exuit se carnem principatûs, et potestates exemplificavit, fiducialiter eos triumphans in semet ipso. Et, secundum *Augustinum*, si in nobis ipsis vincamus temporalium rerum cupiditates, necesse est, ut vincamus illum, qui per cupiditatem regnat in nobis. Unde scriptum est de eo, quod terram, id est, terrenis deditos cupiditatibus, comedit et depopulat. Hinc est, cum cum aromate suspirato sua-

vitatum secretius interiora tua perfuderit, et dulcium illecebrarum Syrenae furtivae tibi plene quasi gaudia susurraverint, tunc incensorum malorum faber ferrarius sufflat et incendit eos, additque calcaria cupidini, in cauda et novissimo texto mellico mortalem morsum occultans. Sic spiritum tuum blande, et clam te, paene secundum rationem, nescio, vel sopitum deducit, vel abducit, testes contra veritatem secum portans, et in te inventos et compertos habet, multos efficaces, tam auricularios, quam suasores efficacissimos et facundissimos; quibus, ut acutissimis et mollissimis stimulis, et saxa molliri et stellae de coelo detrahi valeant, si audiantur voces eorum. Qui etiam se et suos quibusdam ratiunculis, quasi quibusdam fucis et Sophisticis coloribus, sub specie ficti et apparentis boni, in angelum lucis transfigurat; ut ipse tibi, et tute tibi persuadeas, quod ex ratione, non ex impetu Maligni, vel ex passione movearis: ut ipse et sui sic forment sibi sermonem nequam, qui narraverunt in abscondito, ut absconderent laqueos, et dixerunt: quis videbit eos? Dives est omnis iniqua cupiditas et satietate plenissima: sed malignorum convivarum, callidissime devorantium conscientiam, ut cibum panis, et quis videbit eos? et quis evadet hos? Quaerit magnus *Antonius*, cum super faciem universae terrae vidit retia expansa: Quis haec evadere possit? Respondit sibi vox de coelo: Humilitas. Si quaeris: quo adjutorio? Certe illius, qui eos exemplificavit, fiducialiter eos triumphans in semet ipso. Sed cur permittit Deus hominem in manus tam callidorum cadere, cum, secundum beatum *Bernardum* super Psalmum *Qui habitat*, ipsi rectores tenebrarum

sint

sint astutissimi versutia et nequitia diabolicae fraudis, ita, ut ante venatorem bestia, sic ad eorum comparationem quilibet astutissimus hominum, praeter illos, quibus datum est fraudes deprehendere malignorum? Respondetur: per nostras cupiditates nos hosti nostro appropinquamus; nos hosti collegamur; nos hosti nos tradimus. Si quaeris: cur in illas cupiditates homines cadere permittuntur? respondet *Apostolus* in *Epistola ad Romanos*: » Quia non curaverunt Deum habere in notitia, et, si cognoverunt, non tamen sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, servieruntque potius creaturae quam Creatori, ideo tradidit eos Dominus in desideria cordis eorum, in immundiciam et in reprobum sensum, ut faciant ea, quae non conveniunt." Inde namque omnes malitiae cupiditatum nostrarum originem sumunt, quia supremae rationi sensitivae vires et caro non obediunt. Quae ei ideo non obediunt, quia ipsa ratio Deo non obedit nec subjicitur. Omnis ergo tentationis diabolicae et traditionis Satanae et cujuslibet cupiditatis origo est ex delicto supremae rationis, Dei capacis, sed se Deo non unientis, Deum cognoscere non curantis, Deum non glorificantis et ei gratias non agentis. Hoc est delictum maximum, et caput peccatorum, ex quo dato declinant omnia, quo reparato pax omnium reformatur. Ex his potest quilibet arguere in propria conscientia, si mutatio sua ex Deo sit, et quo impellente mutetur.

CAPITULUM VII.

Propter quid matrimonium sit contrahendum, et quae mala sequantur, si carnaliter contrahatur.

Quin imo tibi et docto cuilibet notum puto, duas fore veras causas finales et motivas legitime ad conjugium: susceptio videlicet prolis, secundum illud *Genesis*: » Crescite et multiplicamini et replete terram," et fornicationis evasio, secundum illud *Apostoli*: » Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat » et unaquaeque virum suum." Quae quamvis ratio, timeo, [*ut*] jam homines hujus mundi moveat principaliter, et eo modo ut deberent; te conjecturo ex iis moveri: verumtamen quod non recte, vel non originaliter, vel non principaliter, ex iis movearis, tibi, ut amico, timeo. Audacter dico, timendum tibi; de suavitate praedicta timeo, et de cupiditate, suspirate movente et te alliciente in cognitione vel in spe: et eam timeo esse originis causam, quamvis multis pallietur rationibus. Probate, quicunque uxores concupiscit in vobis, quam sine suavitate carnali vellet ducere. Probate, quantum ad juventutem moveamini, quantum ad pulcritudinem, quantum ad affabilitatem. Probate stimulos carnis vestrae. Probate concupiscens instabile cor. Opponite vobis, si fornicationis vitatio aliunde fieri possit, vel ei per deformem uxorem satisfieri possit, quid faceretis, si cessaret impressio? Probate, si steriles essetis in semine, si sciretis mulierem futuram sterilem, quamvis pulcram carne, habilem adspectu, adhuc si haberetis, jam habitae optaretis carnaliter commisceri? Ex

Ex his et similibus recogitatis cito homo invenit, si coeca concupiscentia ducatur ad nuptias. Verum propter alias causas, videlicet causam futuri haeredis habendi, vel domesticae curae gerendae et gubernandae, et similium, quae inferius removebuntur, non puto te principaliter commoveri, prout haec mundanos populos, vel nobiles, vel divites spe haeredis, vel negotiatores, vel laboratores, magnas familias habentes; vel plura negotia, vel labores, in quibus mulier potest esse subsidio s[iv]e adjutorio comparis, ad contrahendum aliquem movent et aliquem cogunt. Tibi autem, qui non sic curam hujusmodi latam habes, de concupiscentia magis formido; eo maxime, quod quietam vitam prius in domo tua, in singulis praeparata, sine compare faemina peregisti. Revera, qui concupiscentiam in matrimonio incipiendo principaliter sequitur, mortaliter et lethaliter peccat. Si concupiscentia et mortale peccatum fundamentum et radix est, quid boni super eam aedificari possit, manente radice, non video. Si radix maculata est, et rami. Si fermentum nequam est, et massa. Maledicta est omnis concupiscentia carnalis et ductrix infida. Coeca est omnis voluptas, et via tibi ignara suisque sequacibus insidiosissima et coecissima. Sed nulla est coecior inter cunctas voluptates, nec insidiosior, amore mulierum; quamvis omnes, secundum *Boëthium* et experientiam, tristes habeant exitus. Audi *Sapientem*, principium et finem omnis carnalis sequelae mulieris sine differentia pronunciantem. » Nec incendaris fallacie mulieris; favus »-stillans sunt labia ejus, et nitidius oleo guttur ejus." Ecce principia ex pulcritudine corporis et suavitate

» ver

verborum. » Novissima enim illius amara quasi absinthium, et lingua ejus quasi gladius biceps. Pedes ejus," id est, affectus et desideria et proposita, » descendunt ad mortem, et ad inferos gressus ejus," i. e., viae, vitae et mores ejus, » penetrant, et affectus per semitas vitae non ambulant. Vagi sunt gressus et investigabiles" Ecce, ad quem finem ducit, et per quam viam trahit ad mortis miseriam. Unde *Concionator* (*f*); » non inveni, inquit, mortem amariorem muliere;" quam, ut hominem ducat, perpende habere laqueos, sagenam, vincula, quibus et capere [*potest*] et indissolubiliter vinculare. Unde sequitur: » laqueus venatorum est," scilicet astutissimorum Daemonum: et quis evadet? » et sagena cor ejus," in qua homo multis aquis voluptatum et rerum mergitur et stringitur: et quis levabit? » Vincula sunt manus ejus," i. e., opera ejus tam dulcia quam subtilia: et quis dissolvet ea? Unde praeservabitur ab iis homo, qui ex se servari non potest? » Qui placeat, ait, Deo, fugiet illam: qui autem peccator est, capitur ab illa." Hoc quam verum sit, testatur capti cujuslibet conscientia, si se integraliter perspexerit; quod scilicet ex demeritis peccatorum suorum, et ex dissoluta vita, in pejores hos laqueos cadit concupiscentiae. Sed heu! rarissime datur videri captivitas, quia tantum additur coecitati, quantum cupiditati; et ejus tantum additur lumen ex spirituali visu, quantum libertati ab hujusmodi vinculis adjicitur. Domine Deus! sciant sanctae mentes ab his liberae, quod gladius earum non salvavit eas, sed dextra Tua et brachium Tuum, et illumi-

(*f*) Eccl. VII. 27. legitur: *Et inveni amariorem morte mulierem* etc.

minatio vultûs Tui, qui complacuisti in eis, ut etiam fugerent. Sed peccator, qui capitur ab ea, statim eam » sequitur," ut dicitur in *Proverbiis*, » quasi bos ductus ad victimam, et quasi agnus lasciviens et ignorans, et nescit, quod vinculo stultus trahitur, donec transfigat sagitta jecur ejus: velut si avis festinet ad laqueum, et nescit, quod de periculo animae ejus agitur." Bos est homo inclinatus ad terram et ad terrena opera, cui tunc ministratur abunde pabulum, cum carni ejus undique servitur et blanditur in genere, vel in specie per mulierem; etiamsi non velit, etiam quamvis nescit ut ducatur in mortem, ut mactetur in victimam, non Deo, sed Diabolo. Sed quasi agnus lasciviens est, cum libido succreverit et sua petulantia cor commoverit, saltus super lumen rationis dederit, et velut spina et sagitta amoris vel libidinis infixa permanserit jecori ejus, cui amor carnalis adscribitur. Tunc stultus ignoranter ligatur et servus efficitur libidinis, non valens, conversus in aerumnam suam, spinam extrahere, nec a stimulante acrius et pungente quiescere. Inde non solum currit velut avis, sed festinat ad laqueum tanto impetu, quasi volare videatur Inde communis oritur locutio, ut quis dicatur » volare ad nuptias." Crebro enim communis locutio aliquod secum ponderis affert. Ecce haec pars hominis est. Serpentis concupiscentiam mulieri Spiritum Dei in parabola per expertum descripta. [?] Nec ab his liberatur homo, caritatis curam quaerens in nuptiis propter sanctitatem matrimonii. Nam matrimonium in se venerabile est et sanctum, justum et bonum est, [*an*] sibi factum est mors? Absit! sed peccatum concupiscentiae carnalis, ut appa-

reat peccatum, per bonum et sanctum matrimonium operatum est sibi mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per matrimonium. Matrimonium enim secundum veritatem spirituale est: ipse autem carnaliter venundatus sub peccato, ut neque quae operatur intelligat, neque quae intelligat, possit operari. Eo namque turpius peccat, quo mundam rem immundius tractat et invadit; et eo gravius, quo id, quod in remediis concupiscentiae datum et constitutum est, in libidinis convertit fomentum: eo etiam crebrius et diutius, quo arctius et indissolubilius in his persistere constringitur. Advertat quis, quantum quis gravius peccaverit, si Sacramentum Ecclesiae ad finem avaritiae vel vanitatis tractaverit, quam si aliam quamvis rem ad eumdem finem retorserit. Certum est, quod sic peccat, si libidinis instrumentum quid Sacramentale posuerit, vel ordinaverit. Quamvis vita mala et intentio perversa non coinquinet Sacramenta. Non sic pius Christianus nubens! sed modus ei et exemplum sit Sara, uxor Tobiae junioris, quae, post mortem septem virorum interfectorum, sic ait: » Tu scis, Domine! quia nunquam concupivi virum, sed mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia; nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me feci: virum autem cum timore Tuo, non cum libidine, consensi suscipere." Idem Tobias, maritus ejus, » Tu scis, Domine! ait, quod non luxurie tam accipio sororem meam, sed solum posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen Tuum in secula seculorum." Amen.

CA-

CAPITULUM VIII.

De verbis Apostoli: » melius est nubere quam uri,« et quando magis vel minus peccatur in cogitationibus citra consensum.

Amplius attendo ad causas legitimas, quibus quis contrahere vel nubere potest. Illa quae est propter fornicationem vitandam efficacior est. Quia Apostolus tum non secundum Christum, sed secundum indulgentiam admittit, advertat Sapiens, quid vel quale hoc est quod indulgentiam intercipit, etiam cum admittit. Sed tunc indulgentia locum habet, si uritur quid, cum melius sit nubere quam uri. Est namque ustio secundum *Augustinum*, in Libro *de Virginitate*, occulta concupiscentiae flamma in conscientia vastari. Quis dubitat, quod melius sit sine vastatione nubere, quam sine matrimonio vastari conscientiam? Quamvis in conjugio aliquando eadem flamma libidinosos crebrius et diutius et irremediabilius uri contingat homines plurimos. Quapropter, in hoc, conjugium solationi non comparat, sed consilium secundum indulgentiam dat ustis, actum actui praeferens Apostolus, sagacissime dicens: melius est nubere quam uri. Illum enim actum dicit, qui bene fieri non potest, deteriorem illo, qui secundum genus bonus est, quique bene fieri possit, licet satis raro bene fiat, et non sine periculo plurimo et diutino. Sed in his, Deus meus! quam caute oportet respicere, ut non tentatio quaelibet carnalis interna vel in membris ustio putetur, ne, fugiens pugnam meritoriam, totum se propter hoc offerat hostibus, aut ut non, sequen-

quendo ustionem consensu rationis in concupiscentiam carnalem, quis tunc evasisse eamdem ustionem se aestimet, cum eam sequendo profundius vulneretur et tenacius vinculetur. Non enim ustio est omnis carnis stimulus, nec etiam membrorum genitalium omnis commotio, quamvis etiam vehemens sit impetus utriusque. Ustio enim in parte intellectuali et in conscientia est. Nec tentatio carnalis nocet, sed exercet, purgat, docet et merita cumulat, quamdiu vel solum in membris, vel solum in carne, vel in viribus sensitivis tantummodo experitur, aut quamdiu ratio contradicit et reclamat, et voluntas rationis non consentit, sed dolet, murmurat aut rejicit cogitationes hujusmodi vel delectationes lubricas. Nec in hac protunc aliud peccatum est, nisi obmissio vigiliarum intellectualium internarum, quibus, si vigiles semper staremus, quod perfectissimorum est, capita serpentinarum cogitationum et delectationum, id est, vitia, antequam inceperint sensus carnales internos vel externos introire, frequentius contereremus; aut jam, cum ingredi inceperint, ipsos, velut inimicos nostros, oppprimeremus in porta: vel saltem parvulos adhuc, jam pro parte ingressos, cogitationes vel delectationes, percuteremus ad petram. Sed quis est hic semper vigil mente, et semper promtus ad arma interna, quia Spiritus tenebrarum ad suggerendum promtus est: et caro in se putrida et infirma est in occultis? Corpus enim hoc, quod corrumpitur, valde aggravat animam, et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem. Heu! quotiens in hoc delinquimus, quia Deum velut continue praesentem non habemus, quia oculos animae nostrae ad Deum non levamus, nos

nes sibi unicntes, qui solus dat lumen videndi, et scutum pellendi et brachium triumphandi. Cogitationes autem vel delectationes carnalis concupiscentiae hoc communissimo peccato obmissionis vigiliarum, sed vero dolorissimo, excul... o [*existunt?*]. Si aut ex suggestione diabolica forti divinitus permissa, aut ex motu carnis petulanti, [*aut ex*] quacunque occasione arrepta, non per nos data aut oblata, in nobis irrepserint et intraverint clanculo, omnino nobis insciis, [*hoc*] veniale est, etiamsi perduraverint, ratione non obmersa sed sopita, et non advertente nec consentiente. Est enim gravitas peccati pro tunc in cogitando vel delectando carnaliter secundum durationem cogitationum et delectationum, et secundum profunditatem dormitantis rationis. Diutius enim stare sine vigilia gravius; similiter profundius soporari periculosius est. Eoque magis, quod tum in homine stat vel stetit, aut quod tum occasionem dat vel dedit, quo magis duret cogitatio vel delectatio, aut quo magis et diutius ratio ligetur, hebetetur vel tenebretur. Verumtamen occasio data per conversationem incautam tentationi, vel hebetudini, vel ligationi rationis, posset adeo voluntarla dari vel accipi, quod longe majus fieret periculum, et ita propinqua posset esse occasioni tentatio, vel si communiter secundum plurimum concomitaretur, vel consequeretur, occasioni tentatio carnalis, vel ipsemet ejus effectus, quod tunc voluntarium in hoc ex ignorantia penitus non excusaret. Haec sunt omnium malorum initia in homine post fomitem lapsus primi hominis, scilicet vigiliarum obmissio et occasionis datio, vel voluntaria ejus acceptio, quibus crebrius aperitur janua et praeparatur via pronitati, inclinationi et

et motioni originalis fomitis naturae corruptae, atque suggestionibus, tam mundi quam Diaboli. His tribus interno serio diligenter amputatis, vel infectio naturae et Inimici suggestio mirabiliter infirmatur, et ei quasi ante januam obviatur. Unum namque remedium omnis carnalis tentationis est horum trium provida amputatio, et longe verius, quam possit per actus conjugales reserari. Haec non ideo dixerim, quod velim has tentationes carnales semper peccata nova dicere, sed ideo originaliter earum principia propter remedia curo renotare, ut eas ex peccato ostenderem oriri; et maxime tribus praemissis rebus, quae non sunt [ex] peccato, possunt provehi et crescere et frequentari. Cumque sine repulsa pulsandi, vel ingrediendi, vel morandi, in nobis frequentiam fecerint, maxime cum mora delectandi, tunc continuo deinceps a trinis pulsant nos, violentius ingrediuntur in nos, et diutius infiguntur nobis, voluptuosiusque nos vel mulcent vel enervant. Inde et continue sequitur, quod tunc altius ad rationem inferiorem, et ad contractum supremae rationis adscendunt. Nam fortior pulsus altius in anima perauditur; petens ingressus acrius penetrat et latius pervagatur. Mora diutina saepe sua diuturnitate supplet et facit id, quod fortitudine non valet perficere. Sed virus voluptatum et delectationis oculos binos mentis, rationem scilicet et affectum, non solum excoecat et hebetat, sed etiam eos pondere suo ad se, et vi sua nititur deorsum trahere. Ex his est, quod frequentia cogitationum vel delectationum crebriorem frequentiam generet. „Sic abyssus abyssum invocat," et tandem pessimus habitus violenter inclinans et consuetudo ligans co-

cogat frequentius cogitare et crebrius delectari. Dum captivamur miris modis, serviles et servi efficimur, ut illis, quibus levissime potuissemus inimico restitisse, jam non nisi nobis quasi vim faciamus, non possumus a nobis repellere, vel eis carere.

CAPITULUM IX.

Quod violentis cogitationibus resistens multum meretur.

Sed data aetate vel pronitate ad hujusmodi concupiscentias vel cogitationes, vel permissa a Deo forti suggestione Diaboli cum igne vehementi, quae saepe in sanctis viris, ut in benedicto *Francisco* et aliis multis patuit, sine coinquinatione mentis, frequentius permissae sunt, et adhuc in multis recte in via Dei progredientibus reperiuntur quotidie. Aut etiam dato habitu malo, vel inclinatione forti ad hujusmodi cogitationes vel delectationes per frequentiam praeteritam, vel per occasionem jam lapsam otii, vel exterioris, vel mentalis. Adhuc omnes impetus horum cooperabuntur, sine nova occasione data, illi in bonum, qui voluerit secundum posse se avertere et repellere. Etenim vere docebunt hominem agnitionem propriam cum humilitate non modica, et infectiones carnis, iras et astutias daemonum sibi ostendunt. Quibus ostensis eum exercebunt et exercentes purgabunt eum, purgantesque virtutem in eo stabilem et exercitatam, et multa prudentia subnixam perficient. Sic Apostolo pro gratia erat in remedium, ne magnitudo revelationum ipsum extolleret,

quod

quod stimulus carnis, angelus Satanae sibi datus fuit, qui eum colaphisaret; propter quod dictum ter rogavit; cui dixit Dominus: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur. Quilibet volens, quantum in eo est, resistere et resistens potest dicere cum Apostolo, praecipue si sciverit harum tentationum proventum, » libenter gloriabor in infirmitatibus meis." Et iterum, » propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis." Beatus vir, ait sanctus Jacobus, qui suffert tentationem, quandoquidem, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Fidelis etiam est Deus, qui non permittit, secundum Apostolum, nos tentari ultra id, quod possumus sustinere, sed facit cum tentatione proventum, ut possimus sustinere. Inde sancta Sara, quae spiritum fornicationis tredecim annis habuit, ipsum propter proventus, tam longanimiter sustinuit, ut scribitur in *Vita Sanctorum*, ut nec unquam Deum in tanto tempore, ut eum auferret, precaretur. Non ergo oportet propter tentationes carnis conjugio ligari, si perfecte voluerit quis, ut potest, resistere, nec novas occasiones dare, vel voluntarie accipere, atque a mulieris visu et aliis sensibus, et sine otio et desidia, quae matres harum tentationum sunt, fugere; imo obviando cogitationibus, vel rejiciendo, vel etiam, si violenter veniant, eis dissentiendo et dolendo, homo meretur et purgatur. Etiamsi delectatus fuerit violenter et diu contra voluntatem, malens continue non esse delectationem talem vel cogitationem, quam adesse, quamvis si non toto posse resistat, tunc adhuc, si dolet ex praesentia et mora, non peccat mortaliter. Si non, quantum in eo est, resistit et abjicit, tunc nec peccat venialiter, et quid veniale ali-

aliquando est in complacentia, tamen, si suprema ratio omnino dissentit et dolet, vel tristatur de hoc, multo major in pugna est purgatio et meritum uberius, quam in complacentia sit coinquinatio vel demeritum. Nam resistentia est in suprema ratione, ubi major hominis consistit libertas, quam in inferiore sensitiva, in qua est concupiscentia carnalis, cui saepe, sive velit, sive nolit, in suo objecto delectabili complacet. Inde est, quod praecedens frequentia et consuetudo, cui difficulter resistere potest, cooperabitur homini ad cumulum meritorum et ad interiorem purgationem, si non se ipsum neglexerit, nec reputaverit se uri in conscientia. Sed talis dicat cum Apostolo, quantuscunque etiam peccator vel consuetudinarius antea in his fuisset, etiam si in profundum malorum, lapsus fuisset, tamen, jam conversus et poenitens, » non enim, inquit, quod volo, bonum ago, sed malum, quod odi secundum rationem, id facio," cogitando vel delectando in tentatione invitus. » Consentio legi, quandoquidem bona est. Si autem quod nolo malum, hoc ago, jam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum. Scio enim, quod non habitat in me, id est, in carne mea, bonum. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis." Et putandum est, quod vehementissimas concupiscentias, et forte majores, quam quiscunque carnalis homo sustinet, patiebantur Sancti. Attendamus illum, qui, in *Vita Sanctorum*, legitur combusisse digitos manuum tentos in candelam, impellente concupiscentia. Attende, quomodo Sanctus

Benedictus se nudum projecit in vepribus, sic vulneribus cutis sanans vulnera mentis. De his longum esset singula pertransire. Sed jucundum est, de conjugis tentatione exemplum Sancti *Francisci*, cui, ut ait *Historia Lambardica*, hostis grandem carnis tentationem immisit, quod vir Dei sentiens, veste deposita, cordula durissima se verberabat, dicens: » ecce frater asine, sic te manere decet; sic te subire flagellum convenit." Sed quum tentatio nequaquam discederet, foras exiens, in magnam nivem se immersit; accipiens nivem in modum pilae, septem globos compingit, quos sibi praeponens, coepit alloqui corpus. » Ecce," inquit, » haec major uxor tua, et duo sunt filii, duae » filiae; reliquae duae sunt servus et ancilla; festina » ergo omnes induere, quod frigore moriuntur. Si au» tem te multiplex solicitudo molestat, uni Domino so» licitus servi." Et ilico Diabolus tentator recessit. Unde Sanctorum fortissima facta probant impetum fortem. Nam Diabolus vehementius incutit et impellit suo igne, ut propria sua sagitta et acutiori et edaciori, quam igne carnis. Quamvis, ut *Cassianus* videtur sentire in *Institutis Patrum*, cui et ego assentio, omnes hujusmodi libidinosae ignitiones habent aliquid ignis infernalis. Qualitercunque etiam fiant, qua vi, vel etiam habitu acquisito, vel natura prona, quanto rubigo major et inclinatio fortior, tanto, si resistitur, majus in bellum et vehementius exercitium. Unde et majora lucra cognitionis et virtutis, et uberiora praemia consequuntur, ut sic . . . . . praecedens malitia vel militia coöperetur sibi ad cumulum gratiae et gloriae. Nullus ergo timeat, quantumcunque antea perversus fuerit,

pugnare. Multo securius et melius est legitime pugnare procul dubio, quam matrimonium inire.

CAPITULUM X.

De ustione, et quando est nubendum propter ustionis flammam refrigerandam.

Si vero quaesieris, qui tunc vocen[*tur*] uri vel vastari flamma concupiscentiae? Respondeo, quod, cum cogitationem vel delectationem concupiscentiae ratio vel conscientia adverterit praesentem, si tunc illi actui, si opportunitas faciendi adesset, consenserit, aut si in delectationem circa actum mortalis peccati, postquam eum in se percepit voluntarie, immoratus fuerit, tunc conscientia in quolibet horum uritur, vastatur et mortificatur spiritus . . [*Mox*] autem [*per*] morae longitudinem, in consensu cogitationis vel delectationis, gravescit peccatum et incendium conscientiae. Quae longitudo non simpliciter sumi debet in diuturnitate delectandi, sed a tempore, in quo ratio primo incepit advertere, vel consentire. Sed cum ratio adverterit delectationem concupiscentiae praesentem, quam posset, si vellet, leviter abjicere, sed advertit se per negligentiam mentis vel distractionem aliunde incussam, vel non abjicit, sed moratur in delectando, aut, si non fortiter niteretur et laboraretur, saltem eam abjiceret, et, ut abjiciat, vires suas non exponit; in his casibus non est dubium, minus esse peccatum, quam in duobus primis nominatis. Quum tamen in his mortale peccatum est, et quum non mortale, non est leve, nec meum, dicere. Sed adjicien-

dum puto, quod peccatum sit in his majus et minus, secundum majorem vim resistendi datam, et minorem vim urentis flammae, quam faciliter superare posset; atque secundum quod ipsa adversio fuit major et voluntarior; secundum quod ipsa negligentia fuerit crassior, et distractio in rebus minus necessariis, minus utilibus et minus licitis fuerit. Sed audacter dico, quodlibet horum vel esse mortale et urens, vel periculum urendi, et mortem vicinam in eo existere. Si ergo jam non vastetur nec uratur, non est dubium, quin melius sit contrahere matrimonium quam uri. Actui scilicet actus comparatur. Quin imo et status in conjugio expedientior est, si recte se quis in eo habuerit, jam usto[-*us?*] in conscientia, quam status urendi, sive cui vicinum periculum urendi et salutis imminet, ut praediximus, sibi minus periculum est in conjugio. Unde dicit *Gregorius*, *Secundo Pastoralium*: » Coelibes admonendi sunt, si tentationum procellas cum difficultate salutis tolerant, ut conjugii portum petant." Non haec ideo dicit *Gregorius*, quod tuta esset cujuslibet statio in conjugio, sed quod minus infida, quam in procellis concuti, et uri, in quibus difficulter salus potest sine submersione conscientiae obtineri. Enimvero, si petatur religiose conjugium et sacramentaliter in hoc periculo, quod veraciter jam paucorum est, scilicet in ustionis remedium et flammae refrigerium; ut, cum quis, jam ustus, vel vicinus periculo ustionis, optans et malens sedari passionem, vel incendium mitigare, ustionis flamma carere vel caruisse; tum, propter peccatum ustionis, vel timore peccati, malit refrigerari flammam, et secundum legem Dei fornicari, mallet tamen sim-

simpliciter sine nuptiis esse se continentem; iste recte in remedium ustionis nubit, et est in eo voluntarium mixtum cum involuntario. Sicut in illo, qui projicit merces suas in mare ut salvetur; mallet tamen sine mercium projectione salvari. Vere multas merces Sapiens nubendo projicit in mare voluptuosae veneris et mundi procellosi. Nec quaecunque projectio hujusmodi in conjugio confert verum refrigerium et remedium, nisi hujusmodi continua mixtio voluntarii cum involuntario in matrimonio et in actibus conjugalibus perduraverit. Ex eodem enim, ut omnis res, sic et refrigerium, salvatur et nutritur et conservatur, ex quo generatur et efficitur. Sed quamvis hoc sit difficile, tamen probabile est. Si enim relaxaverit undique voluntarius habenas flammae in concupiscentiam, nec eam, secundum proportionem oneris et refrigerii, per rationem gubernaverit, in petulantiam ducetur, et ruet in Scyllam, qui voluit vitare Charybdin. Et his fere in multis similis efficitur, a quibus in initio matrimonii longe distetit. Porro magna pars hominum, ex propria potestate nubentium, et flammas tentationum sustinentium, multum aliter nubit. Hi flammae non resistunt, sed consentiunt, et eam non sine magno peccato amant in se, vel eam voluntarie sequuntur, noluntque ea carere, et per matrimonium eam non hebescere aut refrigerare, sed porro ei satisfieri, vel crescere. Et plurimorum ratio in tantum devicta est per concupiscentiam, ut etiam proponant in animo, quantum possint, delectari in hoc. In quibus coitus, aut ejus delectatio, habet rationem ultimi finis et finitionis participem. Sed mitius quidam alii, hoc non proponentes, sed ducti sunt concupiscentia

tia, permittunt se duci et a concupiscentia abduci, ut etiam utantur coitu, quantum possint, [et], in coitu, cum affuerit, sine retractu rationis, et secundum omne posse, delectantur. Et quamvis tam horum, quam illorum, flammam amantium vel flamma ductorum, aliqui reperiuntur timentes Deum, nolentes per fornicationem flammae satisfacere, sed per matrimonium: tamen non excusantur ab interna immunditia, etiamsi ignoraverint. Nam ignorantia illa est Legis Dei et naturalis, et conscientiae propriae, et lapsûs humani, et est ex neglecta sui ipsius custodia et notitia. Ex quibus ignoratis et neglectis omnia mala oriuntur et sequuntur; nam omnis contumelia filiae Diaboli, sicut gloria filiae Regis, ab intus est. Qui intus se non custodit, exterius vane laborat, quamvis specie tenus bona videatur peragere. Sed quae mala sequantur tunc, superius declaratum est, cum flamma flammae additur, et ustio ustione cumulatur. Huic in multis similis efficitur, qui quasi coactus involuntarie incepit, tamen in actibus conjugalibus, jam matrimonio constituto, frenum flammae totum relaxaverit. Ex quibus omnibus hoc conficitur, ut qui, quia uritur, vel vicinus ustioni sit, nubit, unum ex duobus eum sequitur: aut, ut non sit sibi matrimonium in refrigerium, utpote si frenum flammae relaxaverit: aut, continuam pugnam cum flamma mente interna sustinebit, ut » serviat," sicut dicit Apostolus, » mente legi Dei, carne autem legi peccati," hoc est, gaudentem in carne esse, quoniam non gaudentem in mente. Ad hoc etiam, ut supra dixi, invitat Apostolus . . . . . . quia cum flammae incentivo, ut cum scorpione, habitat. Idcirco ei non propter declarationem satis-

tisfacit, sed potius propter importunitatem ejus surgit et aperit sibi, et [ut?] qui, mercede data, ab exactrice iniqua, vel ab injuriatrice, vexationem suam et periculum suum redimit, quamvis nec exactricem, nec injuriatricem invocet, neque amet. Utinam essent tales plures sic nubere incipientes, et in eo perseveranter permanentes! Attende, rogo, ex his, quam raro conjugium purum est remedium, et quibus remedium est, quam periculosum remedium est illis! Sed tamen verum remedium, non liberans simpliciter, sed juvans pugnantes, si voluerint pugnare, nubentes contra concupiscentiam. Militia enim vita hominis est in matrimonio et exercitium militare, in quo contingit et vinci et vincere, premi et premere, capi et capere, regi et regere. Felix homo, cujus rationi a Domino imperium conceditur! Sed ad hoc advertendum, secundum Doctores, quod nullus hujusmodi concubitus conjugalis, propter refrigerationem et timorem fornicationis principaliter factus, sine peccato veniali est. Quod ideo, puto, est, quia cuilibet libidini quantumcunque violentae, potest libertate voluntatis resistere, et, per multam negligentiam propriae custodiae et cordis et corporis, dat quasi voluntarie libidini fortitudinem. Etiam, quia spiritualibus remediis possit sibi quilibet in Domino contra fornicationem providere, sine hebetudine et turbatione et immersione rationis, quae ad actum concurrunt conjugalem. » Obscurat enim Venus," ut ait *Aristoteles*, » intellectum etiam spisse sapientis." Videat ergo omnis Devotus, quale hoc sit peccatum, venialiter voluntarie peccare. Nam ita contrariatur fervori veniale peccatum, sicut caritati mortale. Non ergo leviter simul stat cum fer-

fervore voluntarius actus conjugalis propter fornicationem vitandam Etiam naturaliter turpe est in tantum, propter ustionem et fornicationem vitandam contrahere aut nubere, ut etiam hi, qui propter hoc tantum nubunt, saepe hoc fateri non audeant, vel erubescant, latens peccatum verecundia significante.

CAPITULUM XI.

De veris remediis contra flammam urentem, sine quibus etiam matrimonium non est verum remedium.

Quapropter oportet, secundum praemissa, Christianum, christiane et religiose matrimonium contrahentem, in vita conjugali continue clamare, cum senserit, cum Apostolo, legi mentis suae repugnare legem carnis: » Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis hujus?" Cum per se stare contra flammam concupiscentiae se non posse agnoverit, sibi ipsi, cum Apostolo, respondebit: » Gratia Dei per Jesum Christum, dominum nostrum." Ad quam si quis confugerit, in ea duntaxat verum flammae remedium inveniet sine periculo, et tutam custodiam. Et eo efficacius quis hujus remedii virtutem percipiet, si, ante matrimonium nondum in malis assuetus, hoc adierit remedium. Neque enim nomen illud super terram, in quo, sive in matrimonio, sive extra matrimonium constituti, sine coinquinatione, vel securi sine ustionis periculo, valeamus persistere. Accede ergo hanc, si ureris, vel si uri timeas, vel ustus jam fueris. Namque ipsa Dei gratia per Christum

stum Jesum sanabit te, si plene ad eam conversus fueris, et radicem exstirpabit; et flammam potest similiter exstinguere, quam matrimonium solum refrigerat et repullulare permittit, cum quotidiana pugna et creberrimo periculo, etiam in religiose utentibus. Non enim rationabilis concubitus conjugalis pacem, sed breves treugas facit. Ad tempus enim revertitur in id ipsum, recalescente igne concupiscentiae; secundum Apostolum. Stultissimum est, per cauterium fistulam facere in remedium languoris, qui potest aliquo certo unguento sine laesione reformari, sine quo unguento non possit per qualecunque cauterium sanari fistula. Sed hanc necessariam medicinam, sine qua omnia alia cassa sunt medicamina, plures qui uruntur nesciunt, vel scientes non advertunt. Unde *Augustinus* de se ipso in eodem casu sic loquitur: » Alternabant, inquit, hi venti; impelle» bat huc atque illuc cor meum, amans vitam beatam; » timebam eam, et ab illa fugiens quaerebam eam; » putabam me miserum fore nimis, si feminae privarer » amplexibus, et medicinam misericordiae tuae ad eam» dem infirmitatem sanandam non cogitabam, quia ex» pertus non eram. Et propriarum virium credebam » esse continentiam; quarum virium non eram mihi » conscius, et tam stultus eram, ut nescirem; sicut » scriptum est, neminem esse continentem, nisi Tu de» deris. Utique dares, si gemitu interno pulsarem au» res Tuas, fide solida jactarem in Te curam meam." Haec *Augustinus*. Verissima etiam et sanctissima accipe remedia et securissima, quae tandem erunt suavissima contra timorem flammae et fornicationis! gemitu scilicet interno non semisaucio, sed ex fundo cor-

dis Dei misericordiam pro adjutorio pulsare; non in se, sed in Domino confidere; crebraque confessione Deo et Presbytero sua vulnera ostendere; eaque in strato conscientiae, per singulas noctes, lacrimis a saniosis [?] colluvionibus lavare et purgare; fide non ficta se Deo per Christum Jesum committere. Et.... [*illud certum*] est; fide purgantur corda; per fidem enim lavamur in sanguine Christi. Cujus gratia multiplex et merita copiosa, et Sacramentis Eucharistiae et Poenitentiae etiam uberius effluunt. Haec verorum remediorum sunt radices, quae etiam in matrimonio, quum religiose incipitur et religiose in eo vivitur, et quum ad praedictas radices recurritur, non desinunt fluere; si non aliunde, per impetus, fluxus meritorum Christi vel intercipiatur vel obstruatur. Sed longe facilius et securius currunt in eos, qui propter Deum, aut in matrimonio, aut extra, abstinent se a coïtu, aut, si eo utantur in matrimonio, non tamen propter fornicationem propriam, sed alienam, vitandam, licet propter debiti petitionem cum dolore interno, solvunt compari tributum carnis. Sunt et alia remedia, quasi praedictarum radicum palmites necessarii a Deo ordinati, quae si quis obmiserit, ordinem, quo Deus res disposuit, vel nescit vel contemnit; ut, puta, consortia, commessationes, colloquia et adspectus vitare mulierum; jejuniis et vigiliis et asperitatibus aliis carnem spiritui subjicere et in servitutem redigere, ne efficiamur reprobi; labori manuum continue, vel libris, vel scribendo, vel dictando, vel legendo insistere et maxime libris Sacris. Unde *Hieronymus ad Rusticum*: » Ama scientiam Scripturarum: et carnis vitia non amabis." Nam, si quis tantum sanctis Libris perseveranter in-

inhaeserit, multum sentiet flammam mitigari et hebescere aculeum: cum et studium Philosophiae saecularis, licet non tantum ut divinorum, contra flammam videamus suffragari. Introduc Sapientiam in cubiculum, velut Saram dominam, statim ancillam carnis cum liberis ejiciet; ut non sis sponsus Veneris, sed Palladis. Æstimo enim Te, in praecedenti tempore non satis labore et bonarum rerum studio occupatum. Nullus enim diu in solicitudine perseverare a tentatore permittitur, quem vacua mente vel otio deditum invenerit; maxime si adhuc animalis homo est, nec didicit portare obedientiae jugum et sub spirituali magistro non coaluit. Inde abductus es, sed reduceris, si doctrinis beati *Hieronymi*, in praedicta *Epistola*, quae tibi perutilis est, ad *Rusticum*, uti volueris. Ante omnia occasionem tentatori neque des, neque voluntarie accipias. Castiga te discrete; labora continue; stude fortiter; confitere crebrius; funde lacrimas; gemitu interno pulsa. Jacta te in Domino, et sanaberis. Quid moraris? Utinam tibi etiam, pro remediis praedictis cogitanti, loquatur illa serena Continentia, blandiatur tibi, suscipiat te, amplexetur te, et exemplariter ostendatur menti tuae, quibus te, ut *Augustinum*, arguat et derideat. Sic autem *Augustinus*, in *Octavo Confessionum*, dicit, cum aliqualiter sanaretur. » Apparebat mihi," inquit, » ab ea » parte, qua intenderam faciem, et quo transire trepi» dabam, casta dignitas Continentiae, serena et non dis» solute hilaris, honeste blandiens ut venirem, neque » dubitarem, et extendens ad me suscipiendum et am» plectendum pias manus, plenas gregibus bonorum » exemplorum. Ibi tot pueri, puellae, juventus multa

» et omnis aetas, et graves viduae et virgines anus. Et » in omnibus istis continentia nequaquam sterilis, sed » foecunda filiorum, gaudiorum, de marito Te, Domine! » Et deridebat me irrisione exhortatoria, quasi diceret: » Tu non potes, quod isti et istae? An non [an, *hoc*?] isti » et istae in semet ipsis possunt, ac non in Domino, Deo » suo? Dominus, Deus eorum, me dedit iis. Quid in » te stas, et non stas? Projice te in Eum. Noli metue- » re; non se subtrahet ut cadas. Projice te securius » in Eum, et excipiet te." Sic Continentia locuta est *Augustino* intelligibiliter. Quae tibi, non a Continentia, tamen a me, propter Continentiam tuam, dicta accipias. Et his perpensis, una cum *Augustino*, erubesce, quia adhuc interius obaudis nugas libidinis, quia adhuc cunctabundus pendes. Obsurdesce, cum eo, adversus mundana membra tua, quae sunt super terram, ut mortificentur. Narrant delectationes tibi, sed non ut Lex Domini. Haec perpende; hoc perfice; et sanitas tua citius orietur. Videbis ergo, et laetabitur anima tua in crassitudine; admirabitur et dilatabitur cor tuum. Sed per incrementa temporum cito solventur vincula libidinum, quae multo potius inhaerent homini, postquam de omni spe honoris et divitiarum cupidine liberatus est. Quibus solutus cantabis cum *Augustino*, in fine *octavi*, et in principio *noni Confessionum* suarum (1): » Convertisti me ad Te, ut neque uxorem » quaererem." Et: » o Domine! ego, servus Tuus, ego » servus Tuus et filius ancillae Tuae. Disrupisti vincu-

» la

(1) Pag. 203, ed. Neandr.

» la mea: Tibi sacrificabo hostiam (*a*) laudis. Laudet » Te cor meum et lingua mea, et omnia ossa mea di- » cant: Domine! quis similis Tibi? Dicant, et respon- » de mihi. (*b*) Dic animae meae: Salus tua Ego sum. » Quis ego, et qualis ego? Quid non mala (*c*) facta » mea? et (*d*), si non facta, dicta mea? et (*e*), si » non dicta, voluntas mea fuit? Tu autem, Domine, » bonus et misericors, et dextra Tua, respiciens pro- » funditatem mortis meae, et a fundo cordis mei ex- » hauriens abyssum corruptionis meae. Et hoc erat » totum nolle quod volebam, et velle quod nolebam (*f*). » Sed tum ibi erat (*g*) annosa trepidatio (*h*) et de quo » imo altoque (*i*) secreto evocatum est in momento » liberum arbitrium meum, quo subderem cervicem » levi (*k*) jugo Tuo, et humeros levi sarcinae Tuae, » Christe Jesu, adjutor meus et redêmtor meus! Quam » suave mihi subito factum est, carere suavitatibus nu- » garum, et, quas amittere metus fuit (*l*), jam dimit- » tere gaudium erat. Ejiciebas (*m*) eas a me, vera » Tu et Summa suavitas, ejiciebas et intrabas pro eis, » omni voluptate dulcior, sed non carni et sangui- » ni; omni luce clarior, sed non (*n*) omni secreto in- te-

(*a*) *sacrificium* Aug. in Ed. (*b*) † *et* Aug. (*c*) *mali aut* Aug. (*d*) *aut* Aug. (*e*) = Aug. (*f*) *volebas* Aug. (*g*) Pro; *tum ibi erat*, *ubi erat tam* Aug. (*h*) *annoso tempore* Aug. (*i*) In Cod. est *imo que alto.* (*k*) Vel *leni*, ut Aug., nam in M. SS. vix *n* et *u* differunt: *videtur* tamen *levi* scriptnm esse.

(*l*) *fuerat* Aug. (*m*) † *enim* Aug.

(*n*) Hîc serior manus inseruit *non*; quod abest ab Aug. — (Haec

» terior: omni honore sublimior, sed non sublimibus » in se."

CAPITULUM XII.

Quod, excepto periculo fornicationis praedicto, nubere stultum est propter quamcunque causam, et quod bonum prolis in hoc tantum est, ut instituatur ad serviendum Deo.

Haec de prima causa legitima, qua matrimonium contrahitur, dicta sufficiant. Jam ad secundam, quae est prolis gratia, accedamus. De qua summa dictorum haec est, quod propter prolem, aut aliam quamcunque causam, matrimonium contrahere stultum est, excepto periculo fornicationis praedicto. Audi breve verbum *Augustini*, qui, in Libro *de Virginitate*, de tribulatione carnis, matrimonio inevitabiliter conjuncta, sic ait: » Tribulationem carnis suscipere stultum esset, ni» si metueretur in continentibus, ne tentante Satana in » peccata damnabilia laberentur." Sufficeret tanti Viri auctoritas credulo. Sed ut ex radice haec agnoscantur, latius ea tractabo. Matrimonii bonum, fateor, proles est. Sed stultum jam est, fide multiplicata, oneribus et periculis et tribulationibus carnis propter hanc se subjicere. Nec voluntariae stultitiae peccatum deesse potest. Sed quantitas hujus stultitiae et peccati varia est, secundum diversos fines et intentiones, ad quos proles opta-

(Haec speciminis ergo enotavi; non enim vacat singula ubique persequi.)

optatur. Nam posteritatis appetitu et naturali desiderio permanentiae in specie duntaxat, sine prudentia rationis, prolem appetere, pecorum est. Nam et caetera animalia hujusmodi naturali peritia censentur. Nec intellectuali animae, quia in se perpetua est, propter hujusmodi permanentiam, sed inferioribús sensitivis et bestialibus viribus, quae voluntatem et rationem, supremas vires intellectûs, homine a recto tramite destituto, in suos bestiales motus et habitus ducunt et transformant, secundum ruinam naturae lapsae ad sinistrum et malum inclinantis et inficientis. Heu! quam magnum principatum hujusmodi impetus, et ductus, et motus bestialis in communitate hominum obtinent! Deinde, si huic naturali appetitui lapsae naturae addatur absolute desiderium permanentiae nominis, aut parentelae incrementum, aut haeredis, post nos habituri, appetitus; heu! quam vana haec omnia! Heu! quale monstrum ex hoc appetitu pecoris praedicto, tanquam capite, et appetitu vanitatis hujusmodi, tanquam cauda, in homine interiore conficitur et oritur! Imo et homo interior non in propriam, nec in Dei imaginem, sed in bestiam et diabolicum monstrum transformatur. Eo maxime, quia plurimus tunc labor hominis et industria continua instantiaque quotidiana, imo fere tota vita, ad satisfaciendum huic monstruoso appetitui sudant et laborant, et in hunc et ad hunc, propter hunc pecorinitatis et vanitatis tu.. [*-mult*] um, currunt in liberis procreandis, educandis et instruendis, eisque thesaurando et in longinquum miris ac variis modis providendo. Cumque in omni arte, et actione, et vita, finis magis principalis, et architectonicus, et ultimus bonitatem suam et malitiam

tiam omnibus suis actionibus et finibus, ad ipsum ordinatis, infundat, et eas informet et denominet, inde tota vita talis hominis, cum singulis actionibus et finibus, fit pecorina et vana. Nec cessat hujusmodi vanitas et bestialitas, quotquot fines vani fuerint his finibus appositi, excogitati vel ficti, nisi proles ad hoc finaliter ordinetur, quaeratur et intendatur, ut per eam Deus, qui semper gloriosus, et glorificetur, et gloria divina per prolem multiplicetur et dilatetur. In quocunque alio, citra hunc finem, in prole sistitur, peccatum est. Nam proles ipsa a Deo, secundum ordinem etiam totius Universi, principaliter et naturaliter ad hoc, et propter hoc, et ad nihil citra hoc, ordinatur et intenditur. Nec licet in aliqua citra sistere et finaliter habere. Nam hoc esset re utenda et creatura perfrui, quod horribilissimum est peccatum. Omnia flumina, et naturalium et moralium, ad principium, a quo fluunt, refluunt, et » repetunt sua quaeque recursus;" ut ait *Boëthius*. Inde est, quod Sancti communiter, et etiam Jurisperiti, qui exterius quasi . . . [*tantum*] res humanas considerant, dicunt, quod bonum prolis, prout [an, *proprie?*] est, unum de tribus bonis matrimonii. Non est in hoc, quod proles absolute ad successionem appetatur: sed est in spe et desiderio hominum, quibus ad hoc proles quaeritur, ut religiose informetur. Nec in Lege veteri a bonis hominibus aliud in prole principaliter quaerebatur. Unde *Tobias* junior, cum Sara, sua uxore, exiens in cubiculo nuptiarum, post orationem et monitionem, qua monuit, jam non posse eos sic conjungi concubitu, ut gentes, quae Deum ignorant, quia filii Sanctorum sumus, ait Domino: » Tu scis, Domine! quia non luxu-
» ria

» riae causa accipio sororem meam, sed sola posterita» tis dilectione, in qua benedicatur nomen Tuum in » secula seculorum." Ecce bonum prolis, quoniam in recto proposito ad benedicendum Deum consistit. Unde *Augustinus*, in Libro *de Virginitate*, » habent enim," ait, » conjugia bonum suum, non quia filios procreant, » sed quia honeste, sed quia licite, sed quia pudice, » sed quia socialiter procreant, et procreatos salubriter » instituunt instanterque educant." Si vis manifeste videre, quam paucissimi hac intentione prolis ad Dei gloriam nubunt, etiamsi propter prolem nupserint, prole procreata et cessante fervore actûs conjugalis, et reversa ad se ipsam ratione; vide, si tunc natam prolem salubriter instituunt, et in Dei timore instanter erudiunt, ut praedixit *Augustinus*. Quomodo verisimile est, quod in concubitu hoc eos traxerit, cum certum sit, multa tunc alia trahentia concurrere pro concubitu fiendo, et afficientia et turbantia rationem; cum adhuc, an proles ex hoc provenit dubitetur? quod jam, prole certa nata et omnibus quietatis, secundum rationem et promtum [?], ita viliter et communiter negligitur; et maxime pro tunc, quum eis jam strictissimo praecepto injungitur, ne cura domestica negligatur; quae pro magna parte stat in prole, et propter prolem educandam in timore Dei. » Si quis autem," ait Apostolus ad *Timotheum*, » suorum et maxime domesticorum, curam non » habet, fidem negavit, et est infideli deterior." Fidelis sermo, a paucis heu! audibilis, sed a purissimis implebilis! Heu! tunc in illo tempore proles negligitur; quum educari et salubriter erudiri et naturale et morale est praeceptum. Quae tamen ad hoc ordinari a

mul-

multis satis ficte dicitur, quando [*adhuc*] potest, tam a prole, quam ab ejus cura et ordinatione, salubriter abstinere [*i*]. Non potest pater stare, jam prole exstante....; cum quilibet, secundum *Bedam*, in *Omelia*, secundum haec debeat esse domus suae episcopus et speculator. Et timeo, quod a manu ejus, ut a pastore, quicquid prolis perierit, requiratur.

CAPITULUM XIII.

De malis, quae concurrunt in coïtu conjugali, et ad quos fines intendendum est in actibus conjugalibus, et quae difficultates sunt in observatione horum.

Sed quam pauci ad praedictum finem, Deus meus! principaliter respiciunt in prolis procreatione! Quam pauci sic honeste, sic licite, sic pudice, sic socialiter accedunt ad concubitum! Vere Angelum *Raphaelem* (qui *medicina Dei* interpretatur), ut in Tobiae et Sarae amplexibus, exhortantem conjuges adesse convenit, qui Daemonia interficiens spiritualiter, masculos in concubitu conjugali apprehendat et releget longe a thalamo Sanctorum in deserto superioris Ægypti. O Deus! quantum convenit, partem jecoris amorosi super carbones caritatis reponi, cujus odor thalamum peccatorum impleat! etc. O quam expediret, propter timorem nocturnum et negotium perambulans in tenebris, praemeditate rem hanc aggredi et oratione sancta praemuniri. Actus concubitûs conjugalis sine peccato tunc duntaxat fit, quum praeceptum Dei et Ecclesiae compellit ad

red-

reddendum debitum compari; aut quum proles ad Dei gloriam solum quaeritur. Sed quum ad propriam flammam refrigerandam fit, veniale est, ut supra dictum est. Mirabiliter oportet hominem esse providum, qui in fervore concupiscentiae aliquem horum trium finium debet recte retinere in coïtu inchoando vel complendo. Si prolem intendis, tu Conjugate, cur, cum impraegnata fuerit uxor tua, non abstines? Cur non contines, cum tu forte, aut uxor, vel aetate, vel accidente, sterilis sis? Si prolem intendis, commiscere rarius, quia modicus coïtus ad hoc sufficit, imo suffragatur. Doceant te bruta, quae generationi certo tempore instant et in certis abstinent temporibus, maxime post conceptionem prolis. Mirabilis, miserabilis, generalis hic est lapsus hominum, major quam bestiarum. Si vero propter debitum solvendum compari cois, non ipse primo moneas; exspecta ut monearis; non des compari occasionem, qua magis debitum petat, nisi hoc ratio jusserit, quum scilicet magis adulterium ex tua continentia timeretur. Et vere pro casta muliere servanda nescio majus remedium temporale, quam ut quis pudice et verecunde et [*de*]liberate accedat ad mulierem, sine impetu furioso, persuadens per modum seu motum accedendi, actum in se inverecundum fore et impudicum. Inde efficietur ipsa pudicitior, sicut ex furioso coïtu ipsa fit furiosior. Inde est, quod impudicorum et luxuriosorum uxores luxuriosiores et incont[*in*]entiores sint, caeteris paribus. Etiam ita rarus coïtus persuadetur ab *Aristotele* in *Oeconomicis*, ita temperari, ut uxor possit absentiam viri, quae saepe est necessaria, sustinere. Continua enim frequentia coïtûs periculum adulterii mi-

Dd 2 na-

natur in viri aliquanta absentia, cum jam femina, in vasis seminalibus onerata, pungitur stimulis Veneris. Adde et, aliam tribui actionem in reddendo sancte debito, qua hominem, ut possit ad actum illum sufficere, oportet lautius vivere et uberius nutriri, non sine magno periculo. Nam concupiscentia crescit ex eodem, ex quo potentia reddendi debitum conservatur. Si ad actum conjugalem ad refrigerium flammae proprie accesseris[-*urus?*], inceperis a Satana, non sine peccato actus ille perficitur. Cave ergo, ne indeliberate accesseris, et excites magis flammam, quam confringas [-*frigeres?*]. Ratio imperet refrigerium, non flamma coitum, sed dolorem incutiat de necessitate refrigerii. Et omnino cave, ne sis frequens in coitu. Nam tam accessus praeter rationem ad actum conjugalem, quam frequentatio, etiam cum aliquali praemeditatione, ac sine coactione flammae, exacuit aculeos aestuum, et non exstinguit. Si ad modicum jacet, tempestivosior resurgit. Fabricando fabri fimus, et citharisando citharistae, et coeundo coitivi, et luxuriando luxuriosi. Mittens natura humores continue ad genitalia, mittendo missiva ipsa efficitur, et aperit vias latiores mittendo liquores, et loca recipiendi facit, et expellendi instrumenta promtiora; nisi ratio, secundum praedictos tres fines, magno nisu et stricta providentia, modum hujusmodi actui imposuerit et tenuerit. In quo modum tenere a facie furoris concupiscentiae difficillimum est, cum homo ex se tunc quasi totus ruat: et, nisi Deus juverit et angelus ejus, videtur impossibile, tenere modum. Quod in sapientibus Gentilibus patuit, qui [*cum*] ex se magno nisu ad continentiam et puritatem laboraverunt, tum modicum profecerunt in continentia

cor-

cordis. Unde in *decima octava collatione* .... *Theremon* dicit, quod ipsorummet confessione, non solum nostra assertione, » consummationem impudicitiae, id est, commixtionis turpitudinem, violenta ab illis necessitate compressam, non tamen desiderium de cordibus eorum, et oblectationem illius passionis exclusam." Unde patet, quod immundi erant corde, etiam ingui[?]. Et idem dicitur de *Socrate*, ipsorum famosissimo philosopho, et de *Diogene* declaratur. Quia mundatorem Christum, ut praesumitur, non sciverunt, sine cujus amore nec continentia, nec temperantia conjugalis, potest pura, vel stabiliter, conservari, vel pudice et rationis freno modificari. Christianus autem, qui Legem Dei cunctis rebus non praeponit, Gentili in hac parte, et in pluribus aliis, deterior et nequitior est. Heu! quomodo maxima hominum pars bestiarum libidinem in actu sequitur conjugali! Si quis libidinem, secundum temperantiam, ad aliquem trium finium praedictorum restringit, vere laudabilis est, sed rarissimus est. Multitudini libido imperat, modumque commixtionis ordinat et tempora. Impetus et stimulus cum adsint, feruntur ut bestiae. Proh dolor! quanta et quot libidinum vincula ex illo modo coeundi generantur! Quantae mentales hebetudines, quantaeque omnium actuum rationabilium, praecipue divinorum, obliviones profundae concomitantur quoslibet hujusmodi coitus! Joci, oscula et amplexus, et visus immundissimi! Quos homo Dei, in quantum potest, vitare curabit; quibus saepe zeli multiplices et timores nefandi se commiscent. Si dixeris: » volo continenter et temperate uxore uti; nolo stimulo » consentire, sed sequi rationem;" propositum bonum est

est et laudabile: sed vide, qua jam traharis vi concupiscentiae, cum valde longe absis, nec nunc vales repugnare libidini, quae a visis duntaxat formis concipitur. Unde, nisi Christo, cui servis, juvante, non habebis fortitudinem resistendi, cum nudus nudam tetigeris, cum incalescens cum incalescente dormieris, cum potu et cibo gravatus stimulo agitaris durius: et miro modo continens est, valens se tunc frangere; nec credunt sanctissimi Patres, hoc posse [*se*] cum tali mulieris contactu perficere, qui tam strictissime omnem exteriorem contactum, etiam propinquarum, imo et secretum colloquium mulierum fugerunt. Et tanta in hac re difficultas est, quod fertur *Ambrosius* dixisse, » se » facilius invenisse eos, qui omnino a coitu abstine» rent, quam qui conjugio eo modo temperate uteren» tur." Verumtamen si quis, separatus a lecto mulieris, non ei continue condormiret, facilius se forte temperaret. Sed hoc consuetudo primae et mulierum clamores non permittunt. Quamvis sanctius esset, clamorem aliquantulum sustinere, quam intemperate assuefieri libidini et peccatis alligari, aut, quam consuetudini pecorinae, in omnibus, quae postulat, satisfacere. Porro, quando et qualiter actus conjugalis libidinosus [*sit*], aut quando non a Deo separet, quia non est praesentis speculationis, praetermitto. Sed meditare has catenas et alias libidinis, quas nondum habes, nondum vides, sed jam pro parte praegustas. Eripe te, dum adhuc ruptibiles sunt, ne claudus et loripes fias, alligatus Veneri, cum dolore, et forte cum derisione non modica, et poenitentia, sed sera. Nec tunc juvabunt te, qui tibi jam applaudunt, coeci et coecae.

Cum

Cum ligatus fueris, non aliud restat, quam supra dictum Apostolicum remedium, ut » utaris uxore, quasi non utens; et patiaris tribulationem, quasi non patiens; ut gaudeas concupiscentiis, quasi non gaudens;" quod non est pusilli hominis.

CAPITULUM XIV.

Quod stultum est pro nunc, propter prolem ad solam Dei gloriam quaerendam, nubere.

Adhuc data intentione hac sancta, ut proles ante omnia propter gloriam Dei principaliter quaeratur, stultum est, propter hanc intentionem tribulationibus carnis, ut praedixi, secundum *Augustinum*, se subdere, et aliis conjugii impedimentis, maxime in praesenti temporum cursu. Bonum est autem, gloriam divinam quaerere. Bonus finis in se est. Sed non sufficit, ad rectitudinem actuum, vel naturalium, vel artificialium, vel moralium, certus ac bonus finis, nisi media apta et congrua, ducentia ad finem, et perquirantur, et adhibeantur. Quid prodesset, quod sanitas quantumcunque intendatur, si ad eam indebitis et nocivis cibis aut medicinis procedatur? Non sufficit, recte offerre gloriam Deo, nisi et recte dividat offerendum, et discernat. Breviora enim, aptiora, et faciliora, et propinquiora media sunt et instrumenta, quibus Christianus homo facilius gloriam Dei valet procurare, et quibus altius, levius, securius, honestius, purius et magnificentius nomen Dei in se, et in aliis, laudetur et glorificetur, quam, per actus conjugales in conjugio, ad prolem ordinatos. Imo per

per hoc, et per onera matrimonii, ut superius dictum est, contingit, ipsummet creberrime a gloria Dei in se ipso distrahi, turbari et impediri. Quid prodest homini, si totum mundum, secundum verbum Christi, lucraretur et animae suae detrimentum pateretur? Audi Gentilem, injustum veri possessorem, *Catonem Uticensem*. » Si absque femina, inquit, posset esse mun» dus, conversatio nostra non esset absque Diis." Et si sine impedimentis omnia essent, adhuc non statim, nec omnem concubitum, sequitur proles; nec statim nata prole ipsa Deum glorificat; et si eum glorificaverit, hujus gloriae non ipse pater tam causa est, nec ab ea tantum meritum habet, sicut a gloria, quam daret Deo in se ipso, quae impeditur per conjugium. Et, si quod ei meritum est, hoc est aut secundum voluntatem propriam bonam, qua intendebat gloriam Dei in actu conjugali, aut secundum quod prolem, licite susceptam, in timore Dei nutriat et doceat filios suos, secundum *Augustinum*, ubi supra, » ut ponant in Deo spem suam." Bonam autem hujusmodi voluntatem quilibet habet, vel habere potest, etiam virgo; imo aptius et magis meritorie virgo; non de filiis propriis, sed de omnibus hominibus, praesentibus et futuris. Sed si conjugati aliquid hoc amplius laborant, modicus est actus ille in dignitate et merito. Quantumcunque etiam [*enim?*] cautissime fiat respectu cujuscunque augmenti in bonitate interna, major [*ea*] est in virginibus et continentibus, quam in conjugatis in actu conjugali. Item, ipsa concupiscentiae delectatio, quasi merces, vel movens, concurrit, et meritum vel exhaurit vel diminuit. Non tamen dico, quia actus conjugalis sine omni peccato fieri possit, quando dun-

duntaxat propter gloriam Dei in prole aditus; quod ego rarissimum fieri puto et in paucissimis. Et nequaquam sic fit, cum delectatio hebetat rationem et meritum diminuit, etiamsi non exhaurit. *Augustinus* etiam, ubi supra, reprimit in prole gloriam Dei sic quaerentes, ne glorientur in labore suo. „ Qui ob hoc," ait, „ tantum viris conjunguntur, ut filios habeant, nihil„ que aliud de filiis cogitent, nisi ut lucrentur eos „ Christo, et id mox, ut potuerint, faciant, cogitent, „ quia ab eorum carne non nascuntur Christiani, sed „ postea fiunt Ecclesia parente." Si autem quis factum aut meritum conjugatorum, quia educant liberos religiose, et salubriter in timore Dei eos generant, habere voluit, non propter hoc oportet carnali generationi insistere. „ Secundum hoc enim," ut ait *Augustinus*, loquens secundum sua tempora, „ mulier dives si emerit ex diversis gentibus servos, quos faciat Christia„ nos, uberius, fructuosius et interiosius gignit pro „ Christo, quam uteri quantalibet feracitate." Loquor ego secundum haec tempora similiter. Si vis gignere Christo ad suam gloriam, si vis aliquos erudire salubriter et educare, elige tibi, quos potes informare, Christianorum pauperum filios, quos inopia, vel privatio, vel mali mores parentum religiose nutrire non valent, quibus periculum deviandi et declinandi a servitio Dei proxime incumbit, introduc in domum tuam, vel extra domum tuam eis provide spiritualiter et corporaliter. O quanto tunc longe uberius gigneres et purius, quia non carnem propriam sed alienam, ubi nihil proprii, quaerens, spiritualiter educares! Hoc multo facilius est, quam proprios educare, ubi, quos de-

dederit natura, quis tenere cogitur, sive habiles ad religionem, sive inhabiles, sive dociles, sive indociles, sive praesciti, sive praedestinati fuerint. Non est locus electionis, in generatione naturali, illorum, de quibus major spes haberi possit, aut qui facilius possint sancte educari aut doceri. Non est locus abjectionis, si permanserint indurati et obstinati, vel incapaces, sed magis lamentationis vae! et tribulationis. Crebro etiam non parentes naturales liberos ad Deum, sed liberi potius ipsos parentes a Deo, trahunt, et multis curis et vexationibus impediunt. Non est libertas hic, prout in eis, qui secundum Deum sunt ab hominibus spiritualiter adoptati. Quod si sic quosque eligere vereris, accede ad aliam spiritualem generationem. Reduc adultos devios ad viam, perversos ad conversionem. Messis multa tibi proponitur, si seminare vel operari sciveris, in quibus vel spiritualiter gignere potes, vel iterum parturire. Et, si hujusmodi taedeat etiam labor, assume tibi, ad gignendum spiritualiter, statum securissimum et utilissimum tibi, et efficacissimum et brevissimum generationi proximorum, ut te tibi reddas, et tuam vitam intus et extra sic componas, ut, tuis vivis exemplis et vita exemplari lucens et ardens, alios Domino gignas. Sic ait *Seneca*, in *Epistola*, » Breve et efficax iter est per exempla." Unde patet, stultum esse, propter generationem prolis ad gloriam Dei nubere et concumbere. Cui stultitiae non deerit magnum peccatum, scilicet quod in totum statum et in totam vitam plurima spiritualia impedimenta ex his redundant. Unde *Augustinus*, ubi supra, ait: » Nec illorum foecunditas carnis, qui hoc tempore nihil aliud » quam

» quam prolem requirunt, quam Christo mancipent, » amissa virginitate recompensari posse credenda est." Et ego addo indubitanter, nec eam [*cum?*] continentia severa assumta aequiparari posse. Et rursus *Augustinus*, » prioribus" ait, » venturo secundum carnem Christo, » in ampla et prophetica gente, genus carnis ... [*sanctum?*] fuit. Non autem sic modo convenit." Ideo neque jam religiosis, ut olim, carni operam dare permittitur. Jam enim impletum est, propter quod, ut fieret, patres Veteris Testamenti tam diligenter generationi institerunt, cum ipsi paucissimi, respectu aliarum nationum, soli fere in mundo uni Deo servierint, ad hoc, ut Christus nasceretur in carne, et unius Dei nomen undique dilataretur, revelaretur et invocaretur. Jam enim exivit in omnem terram sonus illius, et in fines orbis terrarum vox ista: Magnificavit Dominus gentem suam! Sed multiplicare [*i?*] adhuc oportet spiritualem laetitiam, et novam magnificari creaturam ... [*sanctam*]; ([*quod puto*] in parturiendis jam lapsis, post baptismi generationem, efficacius fieri non posse quam vivis exemplis): seu vita exemplari iter verum et viam Dei cordibus imprimere et oculis ostendere.

CAPITULUM XV.

Quod raro impletur intentio, ordinans prolem ad vitam sanctam, prout ad talem vitam leviter filii institui valent.

Amplius caute et diligenter advertendum puto, quam lata sit via, quae ducit ad inferos, et quam multi filii

instant per eam, et quam pauci per viam strictam currunt ad vitam: Si gignat quis, quid habet? Praesume humana praesumtione, nisi aliud sibi reveletur. Nonne, quod frequentissime, ut filius fiat vas Deo in contumeliam? et non, quod rarius, ut fiat filius vas secundum arctam viam, Deo in honorem et gloriam? Quodsi praesumserit, prolem vas fieri in contumeliam Deo, quomodo Christianus devotus potest voluntarie rei huic operam dare, nisi spes sancta ultra humanam rationem juverit? Nec vas contumeliae Ecclesiae potest esse in tantum utile, sicut olim in gente Judaeorum. Nam multa bona et utilia nobis per malos in Israël praefigurata et signata sunt. Eorum enim casus magnum electis Judaeis exemplum fuit, et cautela nobis in Scripturis reservata. Imo illius gentis amissio reconciliatio fuit mundi; multaque juvamina in bellis et in aliis multis poterant tunc facere inter electos non electi; plura quam modo, propter gentis illius unitionem et segregationem ab aliis. Nunc autem fere videmus, ubi major est congregatio populi Christiani, multiplicatio et frequentatio, quod ibi crebrius plures Deo fiunt contumeliae Vide congregationum loca. Vide jam in conventibus Christianorum, qualia dolenda gaudia, et quales malae tristitiae! Attende convivia, ludos, choreas, exercitus, judicia, societates, compotationes et commessationes, et disputationes in foro, in theatris, in judiciis et negotiationibus. Qui soni dantur, nisi superbiae, luxuriae et avaritiae? Quid sonat undique, nisi concupiscentia carnis et oculorum, cum superbia vitae? Sed congregationem populi in ecclesia excipio. Sed quid boni faciet in ecclesia, qui contumeliosus Deo in

in actibus suis extra ecclesiam perseverat? Vere talis est intra septa ecclesiae, qualis extra; licet intra fictior, et extra verius se ostendat. Ubique, circa et ante ecclesias, et in coemeteriis, et quaque in ecclesia, stat forum venalium. Omnes, quae sua sunt, quaerunt, et avaritiae student, a maximo usque ad minimum, a Sacerdote usque ad populum. Et paene venalia sunt, quae emi non possunt, spiritualia et ecclesiastica Sacramenta. Omnia cedunt pecuniae. Nummus vincit, Christus repellitur: praecipue in congregationibus. Et tu vacabis, cum haec videris, multitudini prolis, ut Christus magis honoretur? Quid hoc stultius in viro provido? Fateor tibi, quod, prae multitudine malitiae temporum, saepe desidero periculorum [—*sum?*] mortem post baptismum ante lapsum mortalem, si Deus sic vellet. Et verius tunc gaudeo, cum audiam aliquem talem, secundum Dei providentiam, sublatum a medio malorum insidiantium. Adjicio, quod jam paucissimi etiam, qui volunt filios spiritualiter instruere, perficiunt quod intendunt. Frustra docetur, quando Deus contemnit et ab intus non docet. Nam in infantia inhabiles et incapaces sunt obruto intellectu ad capiendum spiritualia documenta: et statim, cum creverunt, citius eis et vehementius mundus, quam unus homo, praedicat. Habet mundus et carnem adminiculantem suae voci et Diabolum suggerentem. Inde statim cervicem proles erigit et contraria patri efficitur. O Deus! quot tunc angustiae, quot tribulationes! eo plures et eo majores, quo pater spiritualior est et filius annosior! Inde Deus meus! quot pungentes curae, solicitudines et distractiones parentum! Utinam non laberet

cum filiis, naturali amore praevalente! Plures vidi bonae intentionis homines, qui propter Christum sua injusta reddiderunt, sed filiorum injusta, quae in eorum potestate erant, reddere, coeco ducti amore, cunctantur. Similiter multi sua justa bona et se ipsos propter Deum sciunt relinquere, qui non sciunt filios aut parentelam dimittere. Heu! quam forte est hoc vinculum, et in bonis conjugatis, et in viduis et continentibus! Si autem tumet non infirmus fueris, nec mundanus, levis flammam concupiscentiae evades, et de prole tunc modicum curabis. Si autem mundanus tu, et infirmus fueris in opere, quibus moribus prolem, nisi tuis, informabis? Nunquam liberi tui colligent de spinis uvas, aut de tribulis ficus. Vita tua, plus quam verba tua, ducet seu doce[bi]t eos. Perpende, quod doctrina parentum sit eis existentibus sanis, cum non viderim hominem, qui in morte sua, quantumcunque devotus, secundum omne posse suum, ad Dei gloriam et ad statum viciniorem saluti, prolem suam ordinavit: sed longe magis potentiam et divitias et honores, grandia animarum pericula, eis demittunt, quibus merguntur in mundo et ligantur in carne. Quis justa duntaxat possidens, saltem in morte facit filium suum pauperem cum Christo? Quis potens vel dominus impotentem? Quis honoratus depressum, aut humiliter sapientem? Quis filio suadet ducere spiritualem mulierem et devotam, et ad genus vel divitias non respiciendum? Nam et mundani Philosophi haec, et praecipue humiles nuptias fieri persuaserunt. Hos homines ego non vidi. Æstimet se quis talem futurum? admitto dictum: utinam sequeretur et factum!

CA-

CAPITULUM XVI.

Volens nubens propter sanctam vitam prolis, ante omnia habet eligere mulierem intentioni suae conformem: alioqui vita sua erit in turbatione praesentium et periculo futurorum.

Sed si quis matrimonium propter hoc contraxerit, ut prolem ad gloriam Dei gignat et nutriat, utique sic contrahere debet, ut ipsemet sit in gloriam Dei, et cum conjuge sua ipsi Deo famulentur. Quodsi hoc de se neglexerit, quomodo de prole curabit perficere, quod et sine se, etiamsi tentaret, non posset. Loquor de conjugio carnali opere consummando, quamvis sine carnis copula conjugium sit integrum Sacramentum. Ordinata enim caritas incipit a se ipsa. Si ergo Deo tumet servire prae omnibus mundi bonis intendis, sed in conjugio, tunc elige tibi unam ex filiabus Dei, quae viam Domini scit vel aggressa est. Nam si casu vel improvido impetu unam ex filiabus Diaboli acceperis, quae tunc participatio justitiae cum iniquitate, et quae societas lucis ad tenebras? quae convenientia Christi ad Belial? aut quae pars per dilectionem cum infideli? et quis consensus templo Dei, cum idolis? Ubi autem nec consensus, nec convenientia, nec participatio, quae ibi unitas vitae, quae ibi fides mutua esse valet? Quid in tali conjugio, nisi rixae, discordiae, discidia, angustiae, dolores et labores? O! si posset quis exire de medio, separari et immundum non tangere! Sed indissolubilis est hujusmodi discordans conjunctio et divisa unitas. Quam insolubilitatem Apostoli comparantes peri-

riculis conjugii, pronunciaverunt: » Si talis est causa hominis cum homine [l. *muliere*], non expedit nubere." In Lege veteri dabatur libellus repudii ex certis causis; similiter in Legibus Gentilium, propter diversas malitias mulierum; quae secundum novam Legem fieri non possunt. Sola enim fornicationis causa excepta, et morte naturali, non solvitur Christianum matrimonium. Quantum autem ipsa malitia mulierum se extenderit in ista peregrinatione, quis ignorabit? Qui autem secundum mulieres infelices sunt, sive unus, sive plures homines, secundum medium, id est, mediam partem vitae, sunt infelices, ut apte dicit *Aristoteles* in *Rhetoricis et Politicis*. Inde est, quod patres Veteris Testamenti, quibus major cura erat ad generationem filiorum, quam nobis, tam stricte et sapienter voluit Deus mulieres tales eligere, quibus non impedirentur in cultu Dei, nec eis in obsequio Dei resisterent. Adverte, quam stricte Abraham servum suum seniorem, qui praeerat omnibus quae habebat, adjurav[er]it per Deum Coeli, ut sibi juraret, quod filio suo Isaäc non duceret uxorem de semine Chananaeorum, inter quos tunc Abraham habitavit. Legisti, aestimo, qualiter Esau et Ismaël, quia duxerunt alienigenas, parentes suos offenderunt. Similiter praeceptum Domini fuit ad filios Israël, dum ingrederentur terram promissionis Chanaän, ne filias Chananaeorum acciperent, nec filias suas eis traderent in uxores, ne corda sua perverterent a Domino. Sed, quod adhuc difficilius erat, audisti, qualiter ad praedicationem Esrae filii Israël tot conjuges, cum omni multiplici earum prole, jam longo tempore ductas et habitas, omnino abjecerunt. Praecepit etiam Dominus, ut

de

de eadem sorte et tribu, propter similitudinem ex moribus paternis et aliis suffragiis, sibi uxores acciperent. Haec omnia in figura contingebant illis propter nos. Unde, quia multae sunt mansiones in domo Patris coelestis, ad quas diversis viis itur, iste sic, ille sic, puto sortes in Judaeis non confundi significasse, ut quilibet viae suae, et quaelibet suae viae proportionabilem acciperet vel uxorem, vel maritum. Sed cur non praecipitur Christianis, cum major perfectio inter eos etiam in omni statu debeat reperiri? Patet responsio ex praedictis. Quia non indigent multiplicari per generationem Christiani ad dilatationem nominis Christi. Imo perfectiores homines conjugia propter perfectionem fugiunt, scientes, quod plures carni dediti, pronitate naturae lapsae et concupiscentia permoti, quamvis cum hoc Deum timuerint, ex lapsu carnis, satis ad carnalia divolventur, qui multiplicationi sufficiunt prolis. Cessantibus autem undique jam idolis, et non in fide, sed in vita ab invicem, et moribus, distantibus Christianis, jam infirmis matrimonium solum est remedium, quibus arcta praecepta dari non possunt. Ideo in hoc quilibet conscientiae propriae relinquitur; ut ea, quae ratio Legis jubebat, non propter Legem, sed propter munditiam et amorem religiosae et sanctae vitae Christiani impleant, et ut eligant sibi uxores sanctas, quae sanctitatem amaverint. Quae vero sanctitatem non amaverint, foris sint. Quid ad nos de his, quibus si praecepta puritatis darentur, non servarent, nec cogi possunt ad ea inquirenda, quae magis intus latent, quam exterius se ostendant. Cum nec Synagoga tunc judicavit de occultis, nec nunc etiam judicat de occultis

Ecclesia. Quilibet enim, ajunt humana jura, praesumtione judicii hujus temporis, praesumitur bonus, nisi probetur malus, nullusque suae salutis praesumitur immemor. Quam longe veritas ab hac praesumtione est! Inde Synagoga non virtutem, sed genus et tribum mulierum, quae ad extra sunt, sicut etiam Ecclesia disparitatem cultûs reprobat in multis, periculosiora tamen judicio Dei, quia ad extra providere non potest, nisi pejor scissura fieret, reservat. Permittit zizaniam crescere, ne forte, eradicando eam, eradicetur et triticum. Sed in foro conscientiae, de quo jam loquimur, monitionibus Christianus est admonendus omni modo, ut abstineat a conjugio, nisi difficultas salutis ex procella tentationum immineat. Et si nubere vult, hortandus est, ut ducat euntem in via Domini. Stultissimum est, non curare, aut non eligere, cui tradat quis corporis sui potestatem, et cum qua erit in carne unum, quam etiam, uti Christus ecclesiam, fovebit et nutriet et diliget, et cujus caput ipse, ipsa ejus corpus erit et permanebit Mira stultitia est, quod homines in omni actione eligunt sibi socios, quibus possunt in ea adjuvari, et in omni via, etiam parva, socios concordes; sed in comparis societate omnium fere actionum et omnium bonorum, et in via totius vitae praesentis, ducentis ad futuram aeternamque propriam, negligunt eligere adjuvantem aut concordantem; et quasi impetu festinantes ad eam, quae occurrit, sorte datam incurrunt; praesertim cum inter homines tam rara, quae inveniatur ad Dei viam utilis et unanimis, intendens nubere, ut vix reperiatur, ubi quaeritur. Sed hoc etiam stupendius est omnibus in

ve-

vere Christianis, quod magis ad ea prospiciunt, scilicet pulcritudinem, genus, et divitias comparis, quae magis impediunt quam expediunt, et quae magis enervant mulierem quam roborant. O quam angusta res est amicitia, ut *Tullius* in Libro *de Amicitia* declarat, sine qua quae unitas vitae, quis consensus animorum vel actionum esse potest in conjugio! Angusta, inquam, est secundum *Tullium*, ut vix quatuor paria amicorum ante sua tempora in mundo reperisset, vel audisset, vel legisset. Et vere, nisi Christi glutinio conjungantur homines, adhuc, ut tunc, amicitiae rarissimae sunt. Hominum enim mores, complexiones, et inclinationes, et passiones animae magis ab invicem discrepant, quam facies hominum: et quivis ad se ubivis et coecissime inclinatus est. Inde, nisi amor Dei jungat et uniat, non est vera animorum inter homines unio diu permanens.

CAPITULUM XVII.

Quod pulcrum est, cum sancta muliere Christiane conversari, et quam difficile sit, infantulam ducere, vel contrariam moribus christianis.

Sed mulierem fortem quis inveniet? Rara avis est. Et hic [*haec*], si eam invenerit, mortem, antequam nuberet, praeeligeret. Debilem at scito te ducturum, quamvis ipsa Deum timuerit. Si sapiens fueris, in adjutorium serviendi Deo oportet te eligere et moribus tuis, et viae tuae ad mansionem conformem, si volueris beatus esse, vel in via Dei persistere. Disparitas viarum dis-

rumpit unionem. Quodsi sic ad compositionem statûs contraxeris, non eliges per faciem externam, sed internam; non pulcritudinem corporis, sed mentis decorem; non vocatam, sed veram nobilitatem; non dos in tali uxore, nec sua extrinseca adamantur, sed ipsamet diligitur in Domino, et Dominus in ipsa, qui in ea habitat. Adhuc in mea aetate non vidi mulierem adultam, propriam sui potestatem habentem et Deo integre deditam, vel Deo devotam, nubere: similiter nec virum. Sed Dei gratia videmus et viros et mulieres, post in matrimonio, multos conversos integre ad Dominum, et sanctissime viventes. Sed detur, quae velit nubere; devota; certum est, quod minus sapientem oportet eam esse, et minus firmam. Felix tamen, cui talis contingeret mulier a Dei providentia! Inde septem viri Sarae, uxoris Tobiae, leguntur interfecti, ut ipsa Tobiae servaretur. Specialis gratia haec est et praerogativa, et in hoc, ut ait Sara, non est consilium divinum in hominis potestate. Tales mulieres vere Christianus debet eligere, quae vere rarae sunt. Et si quae sunt modicum apud viros hujus mundi, earum appreciatur religiositas: nec tantum, ut in Veteri Testamento, quia soli infirmi, non firmati in Domino, aut viam Domini ignorantes, jam nubunt. Talis Christiana mulier o! quam congrua, quam tranquilla, quam subdita erit! Non est periculum, si pulcra sit, quia conscientiam habet custodem: nec si deformis, quia actui conjugali et proli satis est, cum concupiscentia abjicitur, saepeque est foecundior. Si juvenis, virtuti accrescit: si annosa, virtus in ea firmata est. Sic habenti dabitur, et qui nihil habet, auferetur ab eo id, quod videtur habere.

Omnia

Omnia bona veniunt cum Christiana muliere, docta in via Domini, et, ut dictum est, praelecta procul et ab ultimis finibus terrae pretium ejus. Si autem infantulam acceperit quis, eo loco videtur esse, ac si sortem pro accipienda uxore mitteret, nesciens ad quam partem se inclinaverit, sive Dei, sive Diaboli, sive prudentiae sive stultitiae, sive vaga, sive stabilis efficiatur. Sed inaestimabile tormentum est, cum unus conjugum solum per iter Dei, alius per iter carnis, iverit. Sciunt experti, quia tribulationes, labores, dolores, et timores carnis, qui sunt, tunc esse inexpressibiles et innumerabiles; quos etiam in bonis conjugiis bonorum [*haud?*] pepercit Apostolus exprimere. Sed [*quo*] acutiores sunt angustiae spiritûs partis sanctae, eo vehementiores: sed pars Diaboli ex injustis vivit vel acquirit. Heu! quanta sunt impatientia desideria ad matrimonii dissolutionem, cum unus conjugum trahit zelantem Dei Legem a Domino! O! quanta firmitate pertinacissima et stabilissima proponunt, si eos mors disjungeret, quod deinceps propter omnia mundi bona se non ligarent! Et si nihil aliud turbaret, satis esset incommodi, reddere debitum conjugale coitûs, coinquinari in concubitu carnaliter, justitia requirente. Quamvis sic reddere debitum, propter praeceptum Dei et Ecclesiae, intellectuali sanctitati et puritati addit et duplicat eam. Unde *Augustinus* super Ps. XLVI. »Redde debitum, et si non exigis[*t?*] redde: pro sanctitate perfecta tibi Deus reputabit." Verumtamen tremit conscientia, et caro nos hebebat, et saepe ducit rationem ad concupiscentiam, vel delectationem, quam non vult. Non est debilis hominis, servare cor in tanta delectatione, et, si servatur, adhuc ne-

nescit se servare. Major enim pars hominum non scit inter delectationem sensitivam et intellectualem consensum distinguere. Etiam discreti et spirituales timent omnia commoda et prospera, magis autem domestica carnalia. Nec leviter mulier potest in his sanari et ad bonum duci per virum, quae tamen subjectior debet esse viro, quam e contra vir mulieri. Patet hoc exemplis, praecipue in beato *Job*, sanctissimo viro, in multo portante imaginem Christi, qui non potuit uxorem suam ad servitium Dei ducere; imo magis [*ea*] ipsum conabatur abducere. Sic Eva Adam. Sic uxores Salomonem. Sic Mycol ab humilitate David in conspectu Dei voluit retrahere, eum quasi scurram describens. Et omnes concludo matrizare, secundum naturam lapsam ab Eva, prima matre, rebellionem contrahentes. Quid immoror his et similibus? Vere, vere! qui in initio conjugii non obstiterit eventui malae mulieris, sibi sera medicina paratur ad sanandam perversam. In sequentibus, si ambo a via Domini declinaverint, quae mala sequantur, videbis. Unde concludes, quanto major contrarietas inter lucem et Belial, et Dei et Diaboli homines erit, cum tanta inter ejusdem viae sectatores adversitas reperiatur. Scilicet timendum est, quod sensum viri pervertet malitia mulieris et mutet intellectum viri; quod plurimum videmus contingere. Nam, ut *Seneca* dicit in *Quaestionibus naturalibus*, » virtus cum labore discitur: sed vitia etiam sine magistro discuntur." Unde *Gregorius Nazianzenus* in *Apologetico*, » facile, inquit, et sine ullis adminiculis malitia proficit, et nihil tam facile quam malum fieri [*solet*], etiamsi nemo doceat et nemo compellat. Quare autem est perdif—

difficile fieri bonum, et quasi conscendendus sit arduae cujusdam et praeruptae rupis adscensus, licet plures provocent et multa invitent, etiamsi omnes hortentur; et velocius malitiae parva scintilla consumimur, quam virtutis ignibus, vel accendi, vel calescere possimus." Haec ille. Ex quibus verbis abundanter habetur, quam impossibile et difficile sit, conjugem bonum comparem suam malam sanare; et quantum periculum sit cum mala aut perversa conversari. Modicum fermenti totam massam corrumpit. In cujus signum *Psalmus* societatem sanorum tibi multiplicat, cum unam perversorum conjunctionem opponit, dicens: » Cum sancto sanctus et cum innocente innocens eris; cum electo electus eris: sed cum perverso perverteris."

CAPITULUM XVIII.

De sex bonis conditionibus mulieris, quarum si una deficit, omne gaudium absorbetur.

Restat post haec, secundum hominem loqui de Conjugio, secundum ea, quae acciderunt Gentilibus, et adhuc accidunt Christianis, ut experientia docet, carnaliter vel mundane nubentibus, quos Christi glutinium secundum Christianae vitae religionem non conjungit. Perpende tu volens contrahere. Uxorem vis procul dubio castam, quae rara avis est: et quae casta est, docet [l. *sit*, *dicet*] tibi *Virgilius*, » de qua mentiri fama veretur." Attende pondus verborum. Nolo fortiter hic emungere, ut sanguinem non eliciam. Sed castam vel bonam c[*n*?]um inveneris, unde nosti? Latent plurima vitia mulierum. Im-

Imperscrutabile est cor adulterae vel lascivae, abscon- ditum est a Sapientibus. Quae optimae fama[e] sunt, non semper castiores sunt, sed saepe cautiores et cal- lidiores et viris creberrime benigniores. Nam sicut magnitudo statûs et corporis pulcritudo cogunt mulie- res diligi et venerari, sic eas vereutur vel ex dilectio- ne, vel ex timore, diffamare. Simili modo dilecti di- lectio ex benignitate, et occultatio ex cautela, famam conservant, absque eis, quae saepe latent intrinsecus. Saepe etiam juvenculae et incorruptae, cum ad conju- gium pervenerint, mores mutant et ferociores et pejores efficiuntur. Coitus enim animalibus malitiam et feroci- tatem naturaliter apponit, ut in porcis, cervis et cani- bus, et in singulis animalibus experimur. Castae etiam, post experientiam delectationis coitûs, ad lubri[ci]tatem fiunt proniores. Inde est, quod vulgariter in praesentia nostra dicitur: » Unde tot malae conjugatae veniunt, cum sunt plures bonae puellae?" Sed revera puellae mun- danae malitias magis ante nuptias cohibent et interius contegunt, ne spernantur a viris, aut ut sortiantur ho- nestiora et uberiora conjugia. Quibus adeptis erum- punt ex vinculis, quae diu latuerunt, una cum aliis malis, quae communiter coitum et propriam potestatem consequi solent. Inde est, quod ait ille mundanus Phi- losophus, *Theophrastus*, secundum mundanos mores ve- rum dicens: » Mulierum nulla est electio, sed qualis- » cunque venerit, habenda est." Haec ille. Nam si iracunda, si fatua, si superba, si lubrica, si foetida, si in secretis peccatis turpis, vel inepta, vel cujuscun- que vitii est, post nuptias discemus. Caeterae res ma- gnae aut parvae, etiam vasa fictilia, quaecunque, ante

quam

quam emuntur, probantur: sola uxor, in [l. *a* vel *e*] cujus conditione tota vita nostra, et omne gaudium nostrum, et totius nostrae rei familiaris dispositio pendet, non probatur; nec scitur aut sciri potest, antequam habeatur; nec ante displicet, quam incurabili displicentia displiceat. Et si unum de tam multis vitiis repereris in ea, (utinam non plura!) id ipsum vitium suo taedio et dolore omne solatium et omnem jucundam conversationem mulieris exhaurit, et caetera bona denigrat et offuscat; quia, naturam humanam debilem modicum contristans, plus concutit, quam levat magna laetitia; plus etiam nocet homini cordis minima constrictio, quam juvat dilatatio. Experientia docet, quod unius digiti dolor omne carnale gaudium, sive mundanum, quantumcunque etiam sit, dissolvit. Da horum opposita, ut sit mansueta, sapiens, humilis, odorifera et placens, in secretis sit tamen lubrica, heu! tunc quales angustiae! Similiter, da haec omnia cum castitate, sed sit iracunda et dura vel superba, numquid omnia pereunt? Numquid molestus est valde foetor solus? Numquid ineptitudo plurium malorum frequens est occasio? Sed hoc deterius est, quod dato uno istorum, vel aliorum malorum, plura istorum et alia mala contingunt. Colligata sunt vitia suis nexibus; non est unum venire solitarium. Adjice, quod si juvenculam duxeris, in ea haec mala latere et coitu erumpere; si annosam, mala in ea inveterata sunt et immutabilia. Haec omnia de tribulationibus carnis sunt secundum lapsum humanum dicta.

CAPITULUM XIX.

De diversis periculis mulierum, in forma, in aetate, in fortuna et in aliis.

Rursus secundum hominem loquamur. Quamcunque mulierem duxeris, adhuc pro zelo castitatis adest tribulatio carnis et angustia spiritûs. Si nam pulcram duxeris, cogit forma, eam ab aliis non tantum adamari et diligi, sed impugnare et impugnari, trahi et trahere. Et quid facit vir, etiam prudens, cum in ea totius vel magnae partis populi vota suspirant? Oppugnatur undique. Alius pulcritudini ejus pulcritudinem contraponit. Alius facetiis affabilitatem mulcet formosae. Alius fama strenuitatis vel potentiae superbiam ejus invadit. Alius nomine amatoris ejus voluptatem trahit. Alius subtilitate et ingenio simplicitatem vel credulitatem mulieris decipit. Alius dandi copia vel avaritiam, vel indigentiam mulieris solicitat. Necesse videtur, ut expugnetur aliquando et ruat, quando perseveranter tot modis et a tot invaditur, si non Christi murali et antemurali firmata fuerit et roborata. Si vero turpem duxeris, molestum est, in quolibet rerum genere, hoc habere inseparabiliter conjunctum, quod plures et longe humiliores dedignentur: et adhuc turpitudo habet castitatis periculum, sed aliter, quam formosae pulcritudo, appetitur. Nam turpitudo facilis est ad consensum; faciliter concupiscit, quia turpe bonum, ut femina virum, secundum Prophetam, appetit. Et etiam a turpi prona viri declinatio ad alias, maxime ad an-

cil-

cillas et vicinas. Omnibus tamen ponderatis, minor est miseria, qua habetur deformis, quam qua formosa servatur. Item, si juvencula sit aetas, minatur ruinam, similiter, aetatis instabilitas, aetatis inexperientia, aetatis fatuitas. Si annosa fuerit, experientia docet abscondere, et anni docent voluptatis modos invenire. Si prudens est, cautela te illudet et subtilitate multa velabit oculos tuos, ut videns non videas, et intelligens non intelligas. Si simplex est, cito deluditur, et modica conferet ad vitam juvamenta. Si dives et nobilis est, dominam accipis, non uxorem. Si ignobilem vel plebejam, te et genus tuum blasphemas. Si pauperem, senties te in portando pondere matrimonii gravari onere paupertatis. Et saepe, nisi praeelecta fuerit, rusticos mores comportabit; videlicet ejus avaritiam, tenacitatem et alia multa mala, quae involuntariam sequuntur paupertatem. Longe tamen mitius est, mala et onera paupertatis cum generis ignominia sustinere, quam impia divitum et potentum mulierum. Si delicate nutrita est, secum portat illecebrarum origines. Si rustice alita, acrius inconsueta voluptas stimulabit et petulantius. Longe tamen melius et securius et sanius, manentibus bonis moribus, delicata rustico consuescit victui, quam grossis assueta delicatioribus. Si delicate uxorem nutrieris, senties eam contumacem. Si grossius, videbis indignantem aut contemnentem. Undique pericula, undique insidiae a dextris et a sinistris. Sed circa hoc musandum est volenti contrahere, quod habet illa, quae amabilem conversationem mulierum magis faciunt et crebriora solatia sunt, castitatis non modica pericula, et lapsui aptissima sunt instrumenta.

Gg 2 Nam

Nam si socialis, si benigna, si affabilis, si laeta, si liberalis, quid magis his exigitur in conjuge, ad vitam ducendam pacificam, amabilem et laetam? Etiamsi, quid magis istis provocet et conducat libidinem, et magis libidinosos invocet et attrahat, ignoro. Non scio, quomodo erit tibi laeta, aliis tristis, tibi affabilis, aliis indignans, tibi benigna, aliis fera, tibi liberalis, aliis tenax, tibi socialis, aliis famelica. O Deus! si aliis ut tibi, quot pericula, quot suspiciones et dolores! Si tibi et aliis agrestis, fera, tristis, indignans et tenax, quantae restant discordiae, scissurae, rixae, tristitiae! Quis vellet commorari cum tristi, habens reliqua bona omnia? ut ait *Aristoteles* in *Ethicis*. Nisi quis sic fortis fuerit ut *Socrates*, qui, ut refertur, primo cum turbulenta et rixosa vixit muliere, ut eam patientiam in domo disceret, qua inter homines indigeret. Sed mitius malum est inter haec duo magna mala, ut aestimo, commorari cum tristi, rixosa et agresti muliere, caeteris paribus, quam socialitatis, affabilitatis, laetitiae et liberalitatis incommoda et suspiciones sustinere.

CAPITULUM XX.

De dubio perseverandi in bonitate et castitate et de fastidio alterius ad alterum ex societate.

Verumtamen supponamus, quod castam et bonam habeas; unde nosti eam permansuram? Perpende, quid dicat *Seneca*, circa finem Libri *de remediis fortuitorum*. » Si bonam mulierem habuisti, non poteris permansuram affirmare. Nam nil tam mobile, tam vagum,

gum, ut mulierum voluntas. Veterum matrimoniorum repudia cognoscimus, et ferociores divortio male cohaerentium rixas." Item ibidem, » Mors efficit, ut affirmare bonam possis." Rursus *Seneca*, » Multae, inquit, diu custoditae perierunt. Quam multas ex optimis conjugibus pessimas factas videmus, ex diligentissimis solutissimas, ex liberalissimis rapacissimas! Omnium imperitorum maxime in lubrico mulier est." Haec ille. Æstimasne, quotidiano usu unum conjugum alteri vilescere, tam quoad complacentiam actûs conjugalis, quam vitae? Æstimasne, fastidium etiam fortis in armis Veneris et pulcri viri fieri mulieri, et pulcrae mulieris viro, ex satietate fieri? Satietas et frequentia lautissimi ferculi parit satietatis fastidium, et cogit saepe viliora appetere. Bona est mulier, bonus est vir, bonus est stomachus, sed satiatus est de hoc cibo. Unde *Augustinus* [Libro] *nono Confessionum*: » Edendi et bibendi voluptas nulla est, nisi praecedat esuriendi et sitiendi molestia. In esu carnali edere facit fastidire. Et esus vel potus, fami vel siti vicinior, delectabilior est." Unde *Marius*, ut narrat *Tullius* in *Tusculanis Quaestionibus*, cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit se unquam bibisse jucundius, quia nunquam sic sitiens biberat. Adde huic, quod aquae furtivae et rarae dulciores sunt. Haec ab actu conjugali ad esum et potum, quia ejusdem virtutis est hos constringere, transtuli, ut forma loquendi esset honestior. Audi jucundam de hoc, quod mulier mundana alium virum, et vir aliam mulierem, semper appetat, narrationem *Ciceronis*, in *primo* Libro *Rhetoricae Veteris* circa medium, de Aspasia, quae Xenophonti

ti et ejus uxori coram positis ait: Dic mihi, quaeso, Xenophontis uxor, si vicina tua melius haberet aurum quam tuum, utrum tuum quam illius malles? Illius, inquit. Quodsi vestem et caeterum ornatum muliebrem pretii majoris haberet, quam tu habes, tuumne an illius malis? Respondit: illius. Si, inquit, virum meliorem haberet, quam tu habes, ne tuum an illius malis? Hic mulier erubuit. Aspasia autem sermonem cum Xenophonte instituit. Quaeso, inquit, si vicinus tuus equum meliorem habeat quam tuum, tuumne an illius malis? Illius, inquit Quodsi fundum meliorem habeat quam tu habes, utrum illius fundum habere malis, an tuum? Illius, inquit. Quodsi uxorem meliorem habeat, quam tu habes, utrum illius malis? Hic Xenophon tacuit. Postquam uterque vestrum, inquit, mihi non respondit, quod ego solum volueram audire, egomet dicam, quod uterque vestrum cogitat. Nam et tu, mulier, optimum virum vis, id est, optas habere: et tu, Xenophon, uxorem habere lectissimam maxime vis. Quare, nisi hoc perfeceritis, ut neque melior vir, neque femina lectior sit, profecto semper, quod optimum putatis esse, ultro maxime requiretur. Haec *Cicero* de *Aspasia*. Et vere, nisi in Christo se ament conjuges, multa hujusmodi etiam inter Christianos reperiuntur, saltem appetitu castarum apparentium. Nam, praeter in via Dei, eadem vitia paene carnis, aut pejora, inter Christianos, quam inter Gentiles, reperiuntur. Haec ideo dixi, ut apparens castitas Christianorum malorum, Deum non curantium, qui sunt pejores Gentilibus, qualis sit, quantumcunque foris appareat, cognoscere valeat[s]; praecipue si advertatur summa Gen-

ti

tilium castitas, in *decima octava Collatione* descripta, ut supra, *decimo tertio* Capitulo, casta, infra quam longe est illorum Christianorum in mente continentia vel castitas, qua Deo non curant secundum legem vere famulari.

CAPITULUM XXI.

De custodienda muliere, et malis, quae inde sequuntur, et suspicionibus.

Amplius, secundum hominem de custodia mulierum loquamur. Unde, si eundi, quorsum voluerit, aut alias ei libertates, dederis, dissolutio cum adulterii periculo imminet. Si etiam custodieris eam ultra quam maluit, se quasi captivam reputabit. Ad quid igitur mulier custoditur, cum bona custodiri non debeat, mala non possit? Infida custos castitatis necessitas est aut coactio. Nam data libertate illa, quae coarctata fuerit, effrenatius vagetur. Sola vere casta est, quae, cum potuit peccare, non peccavit. Si non custoditur, quid erit de tam mutabili et mobili animali, quo nil mobilius et vagius est, secundum *Senecam*? Si tam alti sis ingenii, et tam longe a zelotypia, quod rarum est, de factis mulieris tuae non cures curiosius indagare, multa in hoc pax et tranquillitas vitae tuae sita est, sed aperis viam lasciviae et vitiis mulieris. Si autem strictius investiges, multa invenies quae displicebunt, et cui, nisi tibi, vulnera cordis infligis insanabilia? Fertur, beatum *Bernardum* dixisse ad quemdam militem: » A nullo medico curaberis, cum crimen malae mu-

» li-

» lieris sciveris: sed tunc demum dolor levigatur,
» cum de aliis mulieribus simile perceperis." Tranquillius est, secundum hominem loquendo, meo videre, omnibus adaequatis, in periculo stare castitatis, quam secretius singula ad unguem perscrutari. Saepe et diu ignorata mulieris malitia portatur, quae scita non habet remedium, et cor viri et totum statum domûs et rei familiaris evertit. Unde, ut narrat *Seneca*, *Sexto* Libro *de Beneficiis*, Divus Augustus Octavianus, parum potens irae, filiam impudicam publicaverat; dein poenituit, interjecto tempore, quod illa silentio non pressisset, quae tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset. Saepe exclamavit: » Si Agrippa aut
» Mecaenas vixisset, horum mihi nihil accidisset!" Qui tum, secundum *Senecam*, inter dissimulantes fuissent. Rursum, omnem tuam custodiam mulier diffidentiam reputabit et in suam redundare injuriam. Unde frequenter videtur, quod de quibus orta est sine facto suspicio, quod factum postea sequebatur suspicionem. Naturaliter lapsa natura nititur in vetitum. Si custodis, times; si times, vexatio non deërit, et sibi et tibi. Sed forte istis respondebis: » Nolo timere, nolo suspi-
» cari." Nescis, o homo! quod hoc amor carnalis non permittit. Nam, si eam odieris, odibile est conjugium: si amaveris, solicitari te pro amata re et instabili necesse. Non erit in tua potestate non timere, non suspicari, cum videris [*vos*], more patriae nostrae, solum cum sola loquentes, oculis se fascinantes et depraedantes, sibi invicem arridentes: aut, cum perceperis societates, nutus aliosque gestus, aut impudicos, aut suspectos, quis tu es, ut non timeas, si amas, ut non suspiceris? Atten-

tende, si permiseris, ut ex more patriae solet, eam choreis commisceri, venustius ornari, vicinis comitari, et conversari coenis, quarum copia vaga est, visitare amicos et consanguineos, peregrinari a domo, carmina canere Veneris et libros scrutari amoris. Heu! quot imminent suspiciones ex hujusmodi libidinum instrumentis! Et quis, nisi ferreus, non timebit? Rursus, si Confessoris sui familiaritatem, vel Spiritualium aditum admiseris, si consanguineos uxoris vel affines introduxeris, aut sartores pro inscidendis vestibus, aut medicos, si aegrotaverit, qui sinus secretos contrectant, ingredi permiseris; si aurifabri, aut aliorum artificum, aut Clericorum accessum non prohibueris; si anum copulatricem, aut servum formosum non amoveris, undique pudicitia sub his nominibus et coloribus pulsabitur, sub quibus adulteria solent delitescere. Si vero hos omnes depuleris, repulsam hanc depulsi reputabunt in eorum injurias, et mulier in sinistram suspicionem; unde multa mala crebrius sequuntur. Et inde etiam saepe adulteria incipiunt nondum incepta, vel inceptis ampliora et deteriora, cum querelas injuriarum sibi invicem vel aliis tunc pandere curaverunt, vel cum se de injuriis suspicionum, concupiscentiae satisfaciendo, simul et irae, arserint vindicare. Non suspiciones evadere potes suspicando, sed suspicando suspiciosior fies, et quanto suspiciosior, tanto solicitior, tanto formidolosior, tanto tristior et tanto zelotypior, et ferventior, et impatientior. Attende vexationum et molestiarum gradus hos, secundum quos adscendunt in muliere gradus alii. Nam tu, quanto plus eam prohibes, tanto plus ipsa nititur. Quanto tu suspiciosior, tan-

tanto ipsa querulosior, et suis querelis et tuos et ipsius amicos contra te incitabit; imo suis querelis incitatae communiter mulieres ore uno contra te conclamabunt. Item, quanto tu timidior et solicitior et tristior, tanto ipsa audacior et hilarior et jucundior. Item, quanto tu zelotypior, tanto ipsa dominatior; quanto tu impatientior, tanto ei contemtibilior eris. Inde utriusque famae diminutio; inde rei familiaris non medica jactura; inde totius familiae dissolutio, et inde mala, quorum non est numerus. Scis etiam ubi habitas inter homines, modicum Deum prae oculis habentes. Scis, quia in omni libertate sunt in terra nostra mulieres, maxime nobilium, vadunt quo volunt, et quibus volunt loquuntur et conversantur. Cur hoc? Quia uxores plurimum viris dominantur. Unde, cum Marius Metello filiam suam, genere et dote et forma claram, praeberet, inquit Metellus: » malo meus esse quam suus:" et Marius contra: » ipsa erit tua!" rursus Metellus: » non talia praedicata sunt, qualia ei subjecta permiserint?" Sed hoc maxime dominium mulierum venit in terra nostra propter frigiditatem regionis et mores barbaros et malam custodiam. Scis etiam, qualiter sine scandalo eligunt sibi viri et mulieres, et nobiles et divites, amicos et amicas, quibus asserunt se puro amore et bono animo conversari. Sed vere foetidissima amicitia est, et pallium luxuriae lubricum et sepulcrum patentissimum, vel experto, vel sapienti: et, quae in abscondito inter illas, et sub illis coloribus fiunt, nominare horribile est. Sed jam adeo communis est haec amicitia, ut etiam viris audeant fateri mulieres, et viri muneribus veniunt soli cum sola, aut cum aliis, in cubili-

bus

bus atque commessationibus et impudicitiis, in quibus nec purissimum Sanctorum quemquam sine coinquinatione, quae jam carnem undique sibi subjecit, stare posset. Sed ipsi foetidi amatores, carni servientes et carnaliter viventes, et inaniter dicunt ac fingunt, vel dissimulant, se posse continere. Nulli hoc pallium est, nisi grossissimo homini omnino et fatuissime credenti. Carnalibus autem velamen est, aut illis, qui non audent, propter communitatem peccati et multorum, suam [l. *multorumque ac*] multarum indignationem, quam timent incurrere, quod suspicantur, exprimere; aut illis, qui volunt de propriis exprimere uxoribus, quia ipsi utuntur alienis. O barbaricum et generale lenocinium, propter quod dignum et mortaliter factum putarem, ut, si quis bonus vir vellet uxorem ducere, quod a terra ista recederet ad eam, in qua moribus reguntur mulieres et legibus! Et scio talem, qui aliquando, cum in se de conjugio tractasset, multum circa hoc, ut patriam, musatus est. Heu! haec tribulatio carnis est, et internus dolor, seu fletus, in quo oportet conjugatum etiam, si pacem mundi habere voluerit, fore quasi non dolentem et quasi non flentem, licet hoc sit difficile et poenale nimis. Sed quomodo se diriget in his doloribus homo Dei, qui cogitur ex lege Dei providere uxoris puritati, et lenociniis nullatenus consentire, sed omnino impedire? Hoc non est per me congrue, propter multiplicitatem et difficultatem, expressibile.

CAPITULUM XXII.

De multis tribulationibus carnis inter conjugatos, et quod actus conjugalis nocet corpori et vivacitati, et quod Sancti multum suadent, ut nuptias non concilient.

Sunt denuo secundum hominem multa carnis mala et tribulationes in seculari conjugio, in quibus multa providere prudentem oportet, ut mulieri complaceat. Nam, ut ait *Theophrastus*, qui loquitur secundum ea, quae frequentius fiunt in carnaliter ambulantibus, » laudanda est uxor, attendenda est facies ejus, natalis ejus » celebranda est, vocanda est domina, et, ut sit superstes, optandum, vel dissimulandum est; per salutem » ejus jurandum est; honoranda est ejus parentela. Nutrix ejus est gerula; si aegrotaverit, aegrotandum » est, ac ab ejus lectulo non diu recedendum est. Cum » parturiente gemendum est; cum periclitante periclitandum. Si tacet, tacendum est; loquaci respondendum est. Tristis consolanda est, dissolutae arridendum est: et quod laudat laudandum, et quod vituperat vituperandum est; et dicta sua, quamquam ridiculosa, crebro commendanda sunt. Petunt et volunt » amplexus, et oscula, et foeditates plurimas. Si renuis, » ferus ei videberis, si annuis, enervaberis. Omnia domûs sunt sibi committenda: quodsi sic sibi omnia commiseris, necesse est sibi servias. Si quicquam tuo » arbitrio servaveris, fidem haberi non putabit. Cavendum est tibi, ne quam aliam adspexeris, ne cum

» qua

» qua alia loquaris secretius. Sola vult amari; non per» mittit virum cum quovis sodali, vel sapienti, vel » amico, familiarem amicitiam conservare. Alienum » amorem suum odium suspicatur." Scis, aestimo, quia mulier ex se garrula est, quietis impatiens, novitatum amatrix, imbecillis rationis, subjecta naturaliter sed non humiliter. Tractare secreta sua cum homine stulto sapienti difficile est, et ab illo, cum quo quis continue conversatur, sua occultare compressum est et patiens invidiae. Rursum, ornanda est gemmis, auro, sumtibus, ancillis et varia supellectili; quae saepe, cum ad manum non fuerint, tam laboriose acquiruntur, quam periculose conceduntur. Ornata enim venalis est concupiscentiis oculorum. Quid est tam turpe, quod ornatum non oblectat? Si eam non ornaveris, querelantem habebis, aliquando dedignantem, aliquando insidiantem rebus domesticis. Audies hunc cantum: » Illa ornatior incedit; illa honoratior est populo; ego » quasi mustela inter mulieres despicior; non sic fa» ciunt alii viri suis uxoribus; non sic pauperiores no» bis faciunt; non sic nec vestri, nec mei parentes in» cesserunt." Caveas injurias et credas *Aristoteli*, in *Oeconomicis*, si bene recordor, » vindicans animal est » mulier." Ad manum ei sunt fraudes et dissimulationes. » Audax est, ut ait *ad Rufinum Valerius*, ad omnia » quae amat et odit femina: artificiosa est, nocere cum » vult, et frequenter, cum juvare parat, obest." In hoc maxime se aestimabit dominam, si adversus viri poti[orem] fecerit voluntatem; si, quod placet, non quod jubetur, possit. Omne quod vult, hoc arduum arbitratur. Et ut universaliter concludam, veniant in medium

dium verba ejusdem *Valerii*, in Libro *de accipienda Uxore*, ad *Rufinum*. » Optima femina, quae rarior » est phoenice, amari non potest sine amaritudine me- » tûs et solicitudinis et frequenter infortunii. Malae » vero, quarum tam copiosa sunt examina, ut nullus » locus sit expers malignitatis earum, cum amantur a » mare, puniunt, vel pungunt et afflictioni vacant, us- » que ad divisionem corporis et spiritûs." Haec ille. O! quot tribulationes, quot spinae acutissimae rosam Veneris in conjugio circumdant et comprimunt! *Phaeonius* rex, qui prius Graecorum studia deauravit, die mortis suae ait fratri suo *Leontio*: » Ad summam fe- » licitatem mihi nihil deesset, si semper uxor defuis- » set." Cui Leontius: » et quomodo uxor obstitit?" Ait ille: » mariti hoc omnes sciunt." Inde est, quod vulgo dicitur, » quod rarissime conjunguntur, qui non » cito velint separari." Unde cuidam, *Thais* nomine, Corinthiae, pulcerrimae corpore, fertur *Demosthenem* dixisse, » se nolle pretiose emere poenitere." Audistis etiam illam rem, vel gestam, vel fabulosam, cum quidam de arbore sua, in qua se tres suae uxores suspenderant, conquereretur, alius petiit, sibi dari de ea surculos ad servandum: et cum dedisset, alius dixit: » metuo, ne et te oporteat illius arboris surculos mendicare, cum jam inveniri non poterunt." Adde curae domesticae ampliorem latitudinem, solicitudinem et difficultatem, atque prolis nascendae incertitudinem, natae forte ineptitudinem, forte mortem citiorem; adultae vero prolis forte malitiam, forte stultitiam, forte sumtuositatem, forte indocilem et incurabilem. Adde domûs et prolis infortunia. Adde familiarium dissensio-

siones. Adde negotia exteriora. Adde et casus, quorum et multa copia est, quos nec praecogitare datur. Quanto enim te latius in plures personas; uxorem, prolem, servos et res, scideris, tanto potest fortuna in te et per te latius bacchari; et tanto quilibet impetus ejus tibi erit periculosior et molestior. Nam, si honorem, potentiam, divitias et sanitatem, quae tibi mutuavit fortuna, repetierit, illam cladem eo amplius senties, quo eam in omnibus tuis latius redundare videbis; verbi gratia, si s[*savitat*]em mundi fortuna tibi abstraxerit paupertate, quam non in te solo, sed in uxore et in singulis filiorum et familia, prout in te, et aliquando vehementius quam in te, perurgeberis. Haec innumerabilia mala imminent, et tempus deficit in iis, vel cogitandum, vel scribendum. Nec praetereunda puto mala, quae corruptioni corporis accidunt ex concubitu conjugali. Numquid coïtus corruptio corporis et abbreviatio vitae? Et videmus animalia coeuntia brevioris vitae caeteris. Quot morbi, quot debilitates corporis, quot indigestiones et quantae vigiliae surgunt ex actibus conjugalibus! Innumerabile est. Quae vivacitati sensuum detrimenta! quot bonis moribus impedimenta! quot libertati obstacula! Et quis horum vellet aliquod, si recte res metiri sciverit, propter bona quaecunque temporalia, sustinere? Ut, verbi gratia, vel periculum vivus magni morbi, vel vivus membri laesionem, vel vivus sensus interni debilitatem; aut unius anni in vita decurtationem, aut in moribus unam malam, invincibilem passionem vel turbationem; aut unam servitutem violentam? Quae tamen omnia, secundum magnam multitudinem et varietatem, minantur con-

conjugatis pericula sine numero. In his omnibus oportet conjugatum, flere quasi non fleret, solicitari quasi non solicitaretur, et multas tribulationes pati, quibus enumerandis Apostolus Corinthiis pepercit, et ego parco de caetero. Quas tamen ideo latius declaravi, ut docti viri et literati, pro quibus eas tantum, non pro vulgi doctrina, aggregavi, a laqueis matrimonii omnino se caveant, et, secundum *Hieronymi* doctrinam *ad Nepotianum*, nuptias aliorum non concilient, qui praedicatores fuerint continentiae. Nam et hoc *Augustinus* dicitur ab *Ambrosio* didicisse, quod uxorem cuiquam nunquam petierit, ne conjuges inter se non convenientes sibi maledicerent. Certum est utileque, compositionem nuptiarum sic suis prohibere, aut sic stricte ab iis conjungendis abstinere, viros et sapientissimos non fuisse sine certissimis causis, et maximis, et multos vere latentibus. De quibus, quantum potui, non quantum nec qualiter debui, secundum mei ingenioli parvitatem, et secundum quod Deus donare dignatus est, disserui: qui dat, in conjugiis minus religiose inceptis, sua infinita bonitate, multos tam excellentes viros et feminas sibi diligenter valde famulantes, sacrum conjugium sacramentaliter tractantes, pudice, socialiter et legitime conversantes, quosdam omnino a coitu abstinentes, quosdam debitum carnis cum gemitu ad requisitionem comparis duntaxat reddentes, sic sanctitatem mentis internam sibi duplicantes uxores viros, et Christum honorantes et ut Christo subjectas, et ita viros uxores, ut Christus Ecclesiam, sibi in Deo unientes, amantes et foventes spiritualiter, ut in his luculenter splendeat amor et claritas et unio Christi et Ecclesiae, seu

rū animarum sanctarum. Quae sit benedicta, clara
; clarificata in secula seculorum. Amen.

Explicit *Tractatus de Matrimonio*, multum notabilis et speculativus, confectus ab egregio viro, *Gerardo Groet*, ad quemdam notabilem et solennem virum, in aetate sine matrimonio provectum, directus, quia nubere voluit, et consuetam continentiam infringere, in grave periculum animae suae etc.

Het laatste echte, en eenigermate uitvoerige, opstel van den vromen Diaken, dat ik, tot dus vere, in staat ben, den lezeren mede te deelen, is en *Extract* uit deszelfs *Epistola ad* JOANNEM TEN VATER; zoo als dit Uittreksel voorkomt in het *Chronicon Canonicorum Regularium* (Windesemense) an JOANNES BUSCH (of BUCH), in het IIe Boek (*de Viris illustribus de Windesem*) het LIIste Hoofdtuk (pag. 510—515 der *Antwerpsche* uitgave, bezorgd door den Jezuiet HERIBERT ROS-WEYDE, a. 621. kl. 8. en — in het *Utrechtsch* Handschrift, fol. 50 verso tot 51 verso: — over welke beiden straks, in de *vijfde Aanteekening* (*Obs. V.*), iets kortelijk zal worden in het midden gebragt). — Hetzelve is wel kort, dat jammer is, doch daarom, hoewel vroeger gedrukt, te gemakkelijker alhier nog op te nemen. Aan den eenen kant toch is dat *Chronicon* geenszins

in aller handen, noch zeer gemakkelijk, ja, in Duitschland, zoo als de Hoogleeraar GIESELER, eens aan mij geschreven heeft, bijna niet te bekomen: — aan de *andere* zijde, voltooit nu de mededeeling van het bewaard gebleven gedeelte dezes Briefs de geheele Verzameling van GEERT GROETE's mededeelbare Werken. Er komt nog bij, dat wij uit hetzelve 's Mans ernstige, maar min verlichte, denkwijze, tevens met zijnen schrijftrant, nog nader, in hetgeen beiden kenmerkt, leeren kennen, Want de Brief houdt aan een der waardste leerlingen van GROETE, maar die, uit wereldschgezindheid, de gemeenschap der *Devoten*, voor ander gezelschap, en de *devote* oefeningen, voor de Studie der Letteren en Wetenschappen, verruild had: doch die naderhand, en zulks ten gevolge van GROETE's schrijven, tot de *Broederen des gemeenen levens* terug gekeerd, een der lichten van het Klooster van *Windesheim* geworden is Daarom is dan ook het opschrift des gemelden Hoofdstuks: *De Conversione fratris* JOANNIS TEN WATER *per epistolam:* en zegt BUSCH, in den aanvang van hetzelve: « *Vidimus et alium in Windesem fratrem seniorem, virum valde venerabilem, Deo et hominibus multum amabilem fratrem* (1), J. T. W., *de primoribus ditioribusque* Op-

(1) Zoo deelt de Uitgever de woorden af, maar de Afschrijver, in het HS, plaatst het scheidteeken beter achter het bijv. woord *amabilem.*

Oppidi Zwollensis exortum, in Artibus Coloniensem Magistrum, Magistri GERARDI MAGNI *quondam discipulum, et ab eo a Seculi vanitatibus et universali Studio, per epistolam revocatum; cui* — laat hij op het gezegde volgen, *cui* — *inter alia ita scribit: Electe mi*, etc." En, in het volgende (LIII[ste]) Hoofdstuk (2) gaat hij nog aldus voort: « *A mundi ergo vanitatibus et Studio Literarum, ad veram Dei scientiam infallibilemque veritatis notitiam* JOANNES *iste* TER WATER, *hoc modo per Magistrum* GERARDUM *revocatus, eum, mundo relicto, Monasterium in Windesem intrare deliberasset, convocatis amicorum turbis, vinarium Zwollis adscendit. Quibus vinum cum jucunditate pariter bibentibus, singulorumque symbolis ab ipso solutis, rogavit omnes, ut secum in Windesem certa de causa, transire minime denegarent. Qui mox, equis adscensis, cum ingenti strepitu et gloria, ipsum illuc introduxerunt. Tunc dixit omnibus: « O vos, Cognati et Amici mei dilecti! ad propria jam redite: ego in Dei servitio hic volo perpetuo remanere.*" *Quo audito omnes obstupuere. Quidam autem animi sanioris plurimum ipsi congratulantes et prospera imprecantes, perseverantiam in bono proposito sibi a Deo praestari poposcerunt.*" Welk verhaal ons duidelijk doet zien, welke, en hoe groot, de ver-

(2) *De vita, moribus, sanctitate et morte ejus*, p. 515 sq.

verandering geweest zij, welke, door het lezen en herlezen van den Brief des Leeraars, bij den afgeweken Leerling, in later' tijd, na GROETE's overlijden (want deze heeft de oprigting van het Klooster niet beleefd), te weeg gebragt ware, en van welke wapenen de, inderdaad welsprekende, hoewel geen *elegant* Latijn schrijvende, vrome Man, en hoe handig hij zich van dezelven, wist te bedienen, om, hetgeen hij, naar zijn — ik erken het, nog altijd bekrompen — inzien, meende regt en behartigenswaardig te zijn, den Jongeling, met gemoedelijken en liefderijken ernst, voor te houden, en, te zijner overtuiging en overreding, op het hart te drukken. Ziet hier dan, wat wij nog over hebben van deze, destijds, wegens hare gezegende uitwerking, zoo bekende en geachte, nu, zoo het schijnt, verloren geraakte, en slechts in uittreksel meer aanwezige

EPISTOLA GERARDI GROETE AD JOANNEM TEN WATER.

Electe mi in Christo, quem zelo Altissimi, ad magnam Dei gloriam et tuam salutem aemulor. O dilecta anima mea: immo vere (*a*) mea! O Israel! quanta est merces tua, quam ingens erit gloria tua et locus habitationis tuae. O si Domino per haec transitoria perseveranter adhaeseris! Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Non qui incipit,

(*a*) *vero* Ed.

pit, sed qui complevit, praemiabitur. Quis te, dilectum meum, immo dilectum Domini, ab illo, a quo omnia bona sunt, abstraxit? O callide inimice! quanta sunt jacula tua, qui tam devotum juvenem, JOANNEM nostrum, ad tantum barathrum deduxisti! Sed, spero, non submersisti, nec deglutisti, Mille artes tuas ostendisti, sed erit, spero, qui liberabit. Domine Deus! Rex coelestis! beatissima nostra custos, Maria! et omnes sancti Angeli Dei! venite in adjutorium ejus (*b*). Juvate me trahere; juvate me trahere praedilectum meum a faucibus abyssi, et a laqueis, quos absconderunt ei. Quomodo, sub spem (*c*) forte studii, abstraxit te a tuo bono proposito et a Deo, in varia desideria carnalia et mundana? Capio testimonium Conscientiam tuam, quae cognoscit, quantis desideriis, vacillationibus et inutilibus rebus pulsatur. Cave, ne cor tuum indurescat, ne callus tibi succrescat, ne insensilis fias. Revertere, dilecte mi! revertere! Vulnus recens est, nondum profundatum; curabile est, medicinam patitur. Principiis obsta.

Exspectat te Deus tuus, et omnes Sancti Dei, et Angelus tuus; et Ego miser, qui doleo (Deus scit qualiter!) de innumerabilibus malis, quae tibi evenient, si a Deo recesseris. Majus * est gaudium * (*d*) pessimis Angelis super uno homine averso, quam super nonaginta novem malis, in duritia perdurantibus (*e*): sicut

(*b*) *ei* Cod.
(*c*) An legendum *specie*? (Codex nempe habet: *spé*).
(*d*) ∞ Cod.
(*e*) *perseverantibus* Cod. (a prima manu, dein ab alia juniore, minutis literulis, superscriptum: *du*).

est majus gaudium est Angelis bonis super uno peccatore converso, quam super nonaginta novem justis. Memorare novissima tua. Adverte, quid tibi prodest, si totum mundum lucri faceres, et animae tuae detrimentum patereris! Coecitatem patris tui et inadvertentiam in periculis futuris aliquando stupebas. Quot mala contingunt uno malo dato in voluntate! Nihil manet in arbore viride realiter et perduranter, radice bonae voluntatis sublata. Adverte, quam vagi sunt oculi tui, quam distractum sit † (*f*) cor tuum! quam tumida frons! quam laboriosam viam ingressus es! O si adverteres, quanta tibi fabricantur ad poenam et progressum malitiae instrumenta per diabolicas potestates! Rogo te: gyra oculum tuum ad me modicum, et lege *Capitulum de Arte Moriendi*, quod * est * (*g*) in *Horologio aeternae sapientiae:* lege bis vel ter; utinam per mensem: et, per Dei gratiam sanitati restitueris.

Time, praedilecte votorum meorum! time offendere Dei majestatem infinitam. Non tibi de sua * blandiaris misericordia * (*h*), ut in peccatis perseveres. Pater est misericordiarum, et Deus totius consolationis: * sicut * (*i*) et Deus est justus, fortis et terribilis super filios hominum. Horre cor durum, cum quo infinita mala intrant in hominem. Abhorre tenebras interiores, quae sequuntur peccata, et continuo densiores et profundiores efficiuntur; ne tandem palpites in tenebris, tanquam in meridie. Considera, quam brevis et mo-

seu

(*f*) † *jam* Cod. (*g*) *habetur* Cod. (*h*) ∽ Cod. (*i*) *sic* Cod.

mentanea sit haec vita, et quot de sociis tuis, consanguineis et progenitoribus, in malis mortui, receperunt mercedem suam, qui dicent in aeternum: » Vias difficiles ambulavimus, et viam Domini ignoravimus. Quid nobis contulit superbia, aut divitiarum jactantia? Transierunt omnia, tanquam umbra, et tanquam nuncius praecurrens. Quoniam spes impii est tanquam lanugo, quae a vento tollitur, et tanquam spuma gracilis, tanquam fumus, et tanquam memoria hospitis unius * diei * (*k*) praetereuntis."

Contremisce, * charissime * (*l*) de mala voluntate, cum tam dubia sit vita tua, tam incerta mors et ejus hora. Inhorresce de ultima hora vitae tuae, ne forte quaeras spatium poenitentiae et non invenias. » Dies illa, dies irae," dies calamitatis et miseriae! Quis te liberabit ab illis infernalibus raptoribus et tremendis faciebus, venientibus ad deglutiendum te? Quid tunc divitiae, * doctrinae * (*m*), amici * et * (*n*) amicae poterunt te juvare? Quid de his omnibus tecum feres? Omnia tunc subito te deserent; cito * te * (*o*) tua et tui obliviscentur. Merita tua, secundum laborem tuum, et bona vel mala conscientia duntaxat te sequentur. Heu, heu! quantus tunc pavor malis! Quanto desiderio mortem quaerent et non invenient! Time, praedilecte! infinitatem durationis poenae infernalis. O quantum sola-

(*k*) *noctis* Cod. (a pr. manu, sed dein alia manus literulis minutissimis supra adscripsit: *diei*).

(*l*) In Cod. habetur: *lxme*, quo scripturae compendio quid significetur me fugit.

(*m*) = Cod. a pr. manu, dein ab aliena insertum.

(*n*) *vel* Cod. (*o*) = Cod.

latium esset damnatis, si per aliquod cogitabile, vel numerabile, tempus tanta poena duraret! Timor ille abyssalis mihi videtur inenarrabilis et inimaginabilis de infinitate † (*p*) durationis poenalis.

Pertracta varietatem et acerbitatem poenarum, stimulum conscientiae, et vermem corrodentem et quasi animam disrumpentem, omnem combustionem vel congelationem excedentem, poenamque absentiae divinae, quae animam, corpori et mundanis solatiis abstractam, incogitabilibus poenis affligit. Lege, rogo, libellum RUSSBROECK *de fide;* ubi tibi proponuntur, *et* gloria infinita Sanctorum secundum corpus et animam, *et* poenae malorum. Adverte ibi, quae poenae, in videndo, audiendo, tangendo, odorando et gustando, malis exhibentur. Quantus horror, foetor, lis, rixa, morsus, invidiae et turbationes ibi erunt; quae frigora, qui calores, quae larvarum facies, et quale sit illud profundissimum barathrum. Contremisce districtum judicem Christum futurum, qui toties tibi mitis in orationibus fuit. Time vultum ejus tremendum; time sonum tubae, vocantis te ad judicium; *time* (*q*) casum et ruinam totius mundi, et ejus conflagrationem. Horre dissolutionem, qua omnia sunt solvenda: et maxime horresce sententialem et irretractabilem vocem: „Ite, maledicti! in ignem aeternum, qui diabolo et angelis ejus praeparatus est!"

Aperi, dilecte mi! oculos tuos; vide hic, ne in aeternum *coecus* (*r*) permaneas. Disce haec, quia ista

(*p*) † *infinitatis* Cod. (*q*) *tunc* Ed. (*r*) *secus* Cod.

ista sunt tibi necessaria prae omni doctrina mundana. Dicit tibi inimicus: » Oportet Presbyterum multa scire et discere." Multa scis, si te cognoscis. Et hoc tibi expertus scribo, quod omnes, qui ad studium veniunt non bene fundati, rudes et asini per omnem aetatem manebunt, etiamsi centum annis studerent Caritas tibi necessaria ✝ (s), quae non excedit, sive scientia, sive doctrina cessaverit. Si Caritatem, quae sine bona voluntate et bono proposito non est, non habeas, nihil es, etiamsi linguis hominum et angelorum loquereris, et omnem *fidem, scientiam* (t) et prophetiam haberes cum mala voluntate. » Scientia quid est, nisi injustitia armata?" ut dicitur *primo Politicae*. Et pessimus hominum est homo malae voluntatis: scientificus malae voluntatis longe pejor est ebriosis et infidelibus. Talis ergo scientia obest *habenti* (u). Non curat Diabolus, hominem fieri scientificum, quia scit, quod scientia inflat, sed bonam voluntatem mirabili colore et industria corrumpere curat.

Dilecte mi! omnia viscera mea vocant te. Scis, quod non quaero tua, nec tuorum; quae, Domino juvante, vilipendo, ut stercora: sed, quaero te. Veni ergo, dilecte! ad dilectum tuum, qui vere te amat, et nihil tui, nisi Deum in te. Rogo te, ut digneris venire ad me, et consolari mecum, immo ad consolandum me, qui non modicum contristor de te. Conjuro te, ut venias. Testor coelum et terram et omnia, quae in iis sunt, ut venias ad me, propter te et tuam salutem, *et

(s) † *est* Cod. (t) ꝏ Cod. (u) *abeunti* Ed.

et Domini gloriam (v). Cor enim meum, *ut* (w) crebrius, prout dat Deus, multum erumpit pro te: et utinam disrumperetur in vera caritate pro te, et te mecum pro Christo, in Christo et secundum Christum mortuus haberem viventem! Vale et revale, convalesce et reconvalesce in Christo dulcissimo, Domino nostro plenissimo, in quo omne bonum et omnis divinitas habitat corporaliter.

GERARDUS, tuus servitor et humilis praeco tuus, *legatione* (x) fungens pro Christo ad te, dulcissime!

En hier mede meende ik vroeger, dat ik mijne taak voor afgeweven zou mogen houden. Het doorzoeken echter van het *Chronicon*, beide in het *geschrevene*, en in het *gedrukte* exemplaar, heeft mij tot andere gedachten gebragt. Want en aangaande GEERT GROETE wordt in het *Handschrift* iets belangrijks gevonden, dat nog, zoo veel ik mij althans herinner, niet aan het licht gebragt is, en ik vond nog bovendien zoodanige uittreksels uit *Brieven*, gelijk ook eene enkele *Aanspraak* van onzen Man, van welke ik oordeelde dat dezelven hier moeten bijgevoegd worden; ten einde er zoo weinig mogelijk, en liefst niets, ontbreke aan hetgeen van GROETE's *geest en denkwijze*, door den lezer, die in den man en zijne instellingen en werkzaamheden belang stelt, kan vernomen worden.

Voor-

(v) = Cod. (w) = Cod. (x) *legationem* Ed.

Vooraan in het *Handschrift* wordt een Verhaal gevonden, briefswijze opgesteld, door den Eerw. Vader *Wilhelmus Voern*, dien ik schier gisse, denzelfden te zijn met *Wilhelmus Vornken*, opvolger van *Gerardus Naeltwijk* in het *Prioraat* van het Klooster te *Windesheim*. Van dezen handelt *Busch* met eenige uitvoerigheid in het *drie-en-dertigste* Hoofdstuk des *eersten Boeks* van het *Chronicon*; welk boek ten titel heeft: *De origine Monasterii Windesemensis* (3), en wederom in het *acht-en-veertigste* Hoofdstuk (4) des *tweeden Boeks* (*de Viris illustribus in Windesem*): gelijk ook *Thomas à Kempis*, in het *Chronicon Canonicorum regularium Montis S. Agnetis*, Cap. XII, waar hij *Wilhelmus Vorniken* genoemd wordt (5). — Nu, van dezen *Wilhelmus Voern* (*Voorn*), of, bij verkleining (*in diminutivo*), *Vornken* of *Vorniken* (*Voorntjen*), ontmoet men, vooraan in het *Handschrift*, een Verhaal van den oorsprong of eerste oprigting van het Windesheimsche Klooster, in *acht-en-twintig*, of, zoo men er de *inleiding* bij rekent, *negen-en-twintig*, kleine afdeelingen of *Capitula*. Na WILLEBRORDUS, zegt hij, was, bij tijdsverloop, de ware *Devotie* zoo geheel verloren geraakt, dat zij nergens meer, behalve alleen bij de *Karthuizers*,

(3) Pag. 134—139.
(4) Pag. 479—509.
(5) Pag. (editionis Antverpieae, 1621. 8.) 34—36.

sers, te vinden was (Cap. III en IV): maar Gods oog zag met medelijden op de aarde neder, en wilde water gieten op het dorstige, en stroomen op het drooge (Cap. V). Eene eerste bron, daardoor ontstaan, was de vrome GERARD GROETE, die .... maar laat ons Vader *Voern* zelve hooren. Dus vervolgt hij (*Cap. VI*).

» Iste memorabilis fons non immerito Magister GERARDUS GROETE typice demonstratur. Parvus admodum humilitate ac sui ipsius depressione, sed, secundum nomen suum, coram Domino magnus, in salutem electorum Dei, expugnare gladio verbi Dei insurgentes hostes, ut ipse cum dilectis filiis consequeretur haereditatem Israel. De hoc Viro non immerito dici potest, quod Sanctus *Augustinus* de *Paulino* loquitur, qui, de opulentissimo divite, pro Deo factus pauperrimus, et copiosissime Sanctus. Hic profecto [*invenit aquam calidam in solitudine*, *videlicet* (6)] divini amoris saporem ultra communem modum, cum nimio zelo lucrandarum animarum et odio vitiorum. Quarum nimirum intuitu tempore, quo vixerat, non pepercit laboribus et sumtibus circumeundo et praedicando, videlicet in fame et siti, in frigore et nuditate. (*Cap. VII.*) — — Tandem, post multos agones et multo-

(6) Deze cursyf gedrukte woorden zijn, door eene, zoo het schijnt, latere hand, aan den voet der bladzijde geschreven, met de aanwijzing, dat zij hier ter plaatze zijn uitgevallen, en derhalve wederom moeten worden ingevoegd. Het, door eene schrijffout hier bij ingeslopene, *tum non* is door den lateren afschrijver zelve doorgeschrapt.

torum ad Christum conversiones, hic beatissimus anno Domini millesimo-ccc°-lxxxiiij° feliciter transiit ad Dominum; relinquens de his, quibus ipse satiatus fuerat, reliquias parvulas suis, quos ipse, in salutem et exemplum multorum, sub alas suas congregaverat, ac bonitatis et suave-olentis doctrinae suae lacte nutriverat. — — — (*Cap. VIII*). Horum primitivorum Magistri GERARDI discipulorum primus et praecipuus fuit ille, in omni sanctitate et morum honestate mirabilis, Dominus FLORENTIUS RADEWINI, a quo domus ipsa, ut pote omnium congregationum duntaxat Clericorum prima, usque ad nunc nomen tenet. Quemadmodum una domus Daventriae adhuc a Magistro GERARDO GROET nomen habet eo, quod ipsa quondam fuerat domus habitatoris suae — — — (*Cap. X*). — — Isti (7) fuere Viri Sancti, quos elegit Dominus in Caritate non ficta, ad continuandum et perficiendum opus divinum, quod Magister GERARDUS GROET, Domino inspirante, salubriter incepit. — — O felix dies, in qua natus est nobilis ille MAGIUS GERARDUS, qui fuit fons et origo, unde terrae nostrae tam salutares rivi profluxerunt, ut, quae ante ejus adventum fuerat arida, facta sit in stagnum, et quae siccities, in fontes aquarum. — — (*Cap. XIV*).

Cum-

(7) Pater VOERN spreekt hier van JOHANNES BRINCKERINK DIEPENVEEN te Deventer, HENRICUS VAN HEUSDEN te Zutphen, en anderen te Doesburg, Zwol, Kampen, Utrecht, Amersfoort, Leyden, Haarlem, Amsterdam, Hoorn, Medenblik, Enkhuizen, Purmerend, Almelo en Schutdorp, die allen tot de verlorene *Devotie* zelve teruggekeerd waren en anderen terugbragten.

— — Cumque vidissent, quomodo post mortem piae recordationis Magistri GERARDI GROET, continuo melliflui facti sunt coeli, et quomodo de semine, quod seminaverat ipse, coelis irrorantibus desuper, circumquaque oriri coeperunt congregationes multae, tam virorum, quam feminarum; gavisi sunt gaudio magno valde. — — Rememorantes insuper, haec eadem Magistrum GERARDUM GROET in proposito semper habuisse (7); quamvis morte praeventus, hujusmodi affectum producere non poterat ad effectum. — — (*Cap. XXIII*). — — In hujusmodi et similibus (8) administrandis fuit multum fervens frater *Henricus Balveren*, ves-

(7) Namelijk, het oprigten van Kloosters, en wel, bij voorkeur van Regulieren - Conventen. « *Coeperunt*, zegt « VOBEN, *inter se crebriora habere colloquia*, *quemad-* « *modum hoc bonum principium a Deo salubriter inchoa-* « *tum*, *ad laudem Dei et multarum animarum salutem*, « *per tempora longiora posset inconcussum permanere.* « *Invenerunt*, *Domino inspirante*, *hoc eo modo fieri pos-* « *se*, *si constitueretur Monasterium alicujus probatae Re-* « *ligionis*, *et praecipue Canonicorum Regularium; sub cu-* « *jus umbra possent omnes devotae turtures ab insultatio-* « *nibus accipitrum tutissime habere refugium.*" Wie die *accipitres* waren, voor welken de vrome tortelduiven eene veilige toevlugt te zoeken hadden, is duidelijk uit het slot van Cap. X, waar hij zegt, dat dezen « *quovis modo sem-* « *per sustinuerunt odium mundi et persecutionem;* nunc *a* « *parentibus et cognatis*, nunc *a Regentibus et Vulgo Ci-* « *vitatum et Oppidorum;* — — *abundantissime vero a* Pseu- « dodoctoribus *et* Praedicatoribus, *qui* — voegt hij 'er « bij — *omnia*, *quae ipsi nesciebant*, *rabido ore carpere* « *et persequi sategebant*, *nec praevalebant.*"

(8) De zorg voor de kleeding der Windesheimer Regulieren, en derg.

Vestiarius, una cum sartore suo, fratre *Henrico Conuso* [*Converso?*], quondam Magistri GERARDO GROET discipulo. — — (*Cap. ult.*) — — O felix dies, in qua nati sunt nobis principes et duces hujus novi exercitûs nostri! Magistrum GERARDUM GROET et Dominum FLORENTIUM dico; nati quoque natorum eorum etc."

Ik durf wel gerust vertrouwen, dat men dit medegedeelde uit *Voerns* Brief niet geheel overtollig, of van ons onderwerp te zeer vreemd, achten zal. Immers, behalve dat het nu eerst, zoo veel ik weet, door den druk bekend wordt, dient het, eensdeels, om den *geest* en *denkwijze* van GEERT GROETE, en andersdeels den invloed, dien hij op zijnen tijd gehad, en de mate van hoogachting, in welke hij, bij vele tijdgenooten en nakomelingen, gedeeld heeft, al wederom naauwkeuriger, zoo van de betere, als van de minder goede, zijde te leeren kennen. Opregte Godsvrucht schijnt men in hem niet te mogen miskennen, maar even weinig te kunnen ontveinzen de eenzijdigheid en enghartigheid, welke hij met zijne tijdgenooten gemeen had. Doch meer durf ik nu ook niet, uit soortgelijke berigten en oordeelvellingen, opzamelen, daar het oogmerk, van het begin aan, geweest is, den Diaken uit zijne eigene *Schriften* te doen kennen. Diensvolgens bepaal ik mij tot hetgeen door *Busch* of een' ander, getrokken en overgeschreven is uit *Schriften* van GROETE, die verloren gegaan, althans nog niet weder bekend,

veel

veel min gedrukt zijn geworden, en nog iets, dat verhaald wordt door hem *gesproken* te zijn.

Van dien aard is waarschijnelijk, al aanstonds, hetgeen, in het *eerste Boek* der *Windesheimsche Kronijk*, Hoofdst. III, voorkomt, waar *Busch* vermeldt, op welk eene wijze GEERT GROETE, te Deventer, op den predikstoel, het *gemeenschappelijk leven* der Broederen, tegen de *Bedelmonniken*, die hen, zoo in het openbaar, als in het bijzonder verkeer, onophoudelijk bestreden en gispten, verdedigde. En, daar het niet twijfelachtig schijnt, dat hij, nagenoeg, des Diakens eigene woorden opgeeft, moge zijn berigt hier volgen.

' Devotis — — Presbyteris et Clericis in domo Domini FLORENTII Daventriae simul commanentibus, nec non et quibusdam Sororibus in Domo M. GERARDI, sine proprio, in commune viventibus, ac Deo, Creatori suo, fideliter servientibus, Fratres quidam *Ordinis Mendicantium*, regulae et professionis suae transgressores, vitam eorum sanctam (praesertim, quod in communi vivebant) publice impugnare et privatim redarguere non cessabant, et quod ab Ecclesia Dei in *Clementinis* dudum reprobata et anathematizata fuisset, multis rationibus conati sunt demonstrare. Quibus auditis M. GERARDUS *MAGNUS* (*y*), vir in Scripturis divinis, in Juribus et in Legibus, omnique mundana facultate eruditissimus, ambonem *Daventriae* con-

(*y*) = in Cod. a pr. manu, deinceps vero alterâ orae libri adscriptum.

conscendens, ipsos palam redarguit publicae † (z) falsitatis, male propalati erroris, et non sanae doctrinae declamatores eos fuisse denuncians; Euangelica et Apostolica probans auctoritate, vitam eorum et conversationem nusquam ab Ecclesia Dei reprobatam, sed ab initio Christianitatis, usque in praesens, semper servatam et collaudatam, ac vere Euangelicam et Apostolicam; nec *Clementinam*, nec alia quaecunque Jura Ecclesiastica vel divina, horum laudabilem et Deo acceptam conversationem unquam reprehendisse, ut * ipsi * (a) false praedicavere, sed valde aperte et expresse semper collaudasse.

Per *Clementinam* enim, *Ad nostrum, De Haereticis* [*Clementin.* Lib. V. Tit. III. Cap. 3.] reprobantur * *Beguardi* * (b), qui *pueri* vel *fratres liberi spiritûs* vocantur, eo, quod Sectam habeant singularem cum octo articulis multum erroneis, fidei et doctrinae Christianae contrariis, ibidem specifice expressis; unde et a Sancta Ecclesia merito sunt condemnati. Presbyteri autem et Clerici praefati neque * *Beguardi* * (c), neque *Lullardi* sunt, aut unquam fuerunt, nec aliquam in se Sectam omnino habuerunt, sed semper sacerdotaliter et clericaliter, juxta Juris dispositionem vixerunt et vivunt; non mendicando, sed manibus laborando, prout modus ipse vivendi, auctoritate *Clementis Papae ad Jacobum* in *Decretis* [*Parte* II], a Presbyteris et Clericis servandus, aperte describitur, * *Causa* * (d)

(z) + *facultatis* Cod. (a) *sibi* Cod. (b) *Bachardi* Cod. (c) *Bachardi* Cod.

(*d*) duodecima, *Quaestione* prima, *Capitulo* [2] *Dilectissimis* (9).

Per *Clementinam* vero, *Cum de quibusdam*, *Extra*, *de religiosis domibus*, [*Clement.* Lib. III. Tit. XI. Cap. 1.], reprobatur status quarumdam mulierum, quae, quasi in mentis insaniam perductae, de summa Trinitate ac de Divina essentia disputant et praedicant, et contra fidei articulos et Ecclesiastica Sacramenta, opiniones, fidei Catholicae contrarias introducunt, et multos simplices super his decipientes, eos in errores diversos inducunt, aliaque † (*e*) plura, periculum animarum parientia, sub quodam velamine sanctitatis, faciunt et committunt. Tales *Beginas* esse, et in unum cohabitare prohibentur: quas et nos merito persequimur et detestamur, quoniam dignae sunt exterminatione. Istae autem sorores *Devotae* sunt, de quibus, in eadem *Clementina*, finaliter subjungitur: » Sane per praedicta prohibere *nequaquam* (*f*) intendimus, quin, » si fuerint *fideles* (*g*) aliquae mulieres, quae promissa continentia, vel etiam non promissa, honeste » in suis conversantes hospitiis, poenitentiam agere voluerint, et virtutum Domino in humilitatis spiritu de» servire, hoc *iisdem* (*h*) liceat, prout *Dominus » ipsis* (*i*) inspirabit."

* *Joannes* * (*k*) insuper, Papa, vicesimus secundus, *Cle.*

(*d*) = Cod. (*e*) † *per* Cod. (*f*) *non* Cod. (*g*) = Cod. (*h*) *eis* Cod. (*i*) ∽ Cod. (*k*) *Johannes* Cod.

(9) In denzelfden geest is de *Extravagans* von JOANNES XXII. *de religiosis domibus*, Tit. VII. Cap. unico, gesteld.

Clementinarum praefatarum primus publicator, in sua quadam *Extravagante*, ad *Argentinae Ecclesiae Episcopum* (10), sic scribit, inter alia: » Lectae coram » nobis et fratribus nostris tuae Fraternitatis Literae » continebant, esse in tua dioecesi, et in pluribus » *Alamaniae* (*l*) partibus, mulieres, *Beginas* com» muniter nominatas, status laudabilis, in excessiva co» pia, quasi ducentorum millium numerum exceden» tes, quae nomen Domini non recipientes in vanum, » humilem et honestum habitum (si tamen habitus di» ci debeat) deferunt, virtutum et exemplarium actio» num odoramenta parturiunt, carnalibusque spurcitiis » dato repudio, integritatis Sponso perpetuam conti» nentiam servantes, honestis Praelatorum suorum ex» hortationibus obediunt et praeceptis. Quarum ali» quae simul in eadem domo, ad majorem mutuae ca» stitatis observantiam, immorantur; nihilominus tamen » vita, moribus et conversatione praestantes, seminare » nituntur in benedictionibus, quod cum fructu multi» plici colligere valeant in supernis.

» Verum, sicut in praefatis inseruisti Literis, sunt » nonnulli Praelati et Rectores Ecclesiarum diversarum » dioecesium, qui non *discernentes* (*m*) inter bo» nam vitam et reprobam, ac frumenta non excutien« tes

(*l*) *Alimaniae* Cod. (*m*) *decernentes* Ed.

(10) Ubi haec *Extravagans* quaerenda sit, eum me lateat, hic denuo describendam eam censui, quam caeteroquin eram omissurus. Convenit autem, quoad argumenti summam, fere cum *Extrav. Comm.* Lib. III. Tit. IX. Cap. unico, *Ratio recta non patitur*, caet.

» tes a paleis, occasione Constitutionis novae, positae » sub Titulo: *de Statu Monachorum* (11), in *Cle» mentinis*, qui incipit: *Cum de quibusdam mulieri» bus* etc., tam mulieres superstitioeas, quam laudabi» liter viventes, eadem sententia ferientes, omnes in» differenter reprobant, et indiscreta animadversione » condemnant.

» Nos igitur, indigne ferentes, inter hujusmodi per» sonas differentiam non haberi, volentes, ut periculis » animarum, auctore Deo, aditus obstruatur, auctoritate » Apostolica decernimus et declaramus, mulieres illas, » quae virtutum semitas incedentes, vitae meritis unguen» torum diffundunt mores [l. *odores*], nec non et reclusas » probatae vitae et conversationis, memoratae Consti» tutionis sententia non contingi, nec ejus censura de» bere percelli, cum *Apostolicis* (*n*) sint prose» quendae favoribus. Quapropter *districtius* (*o*) » inhibemus, ne quis eas, praetextu Constitutionis ejus» dem impetat quomodolibet, aut molestet, sed eas » solitum deferre habitum, et sicut prius, in sua tran» quillitate vivere dimittat; ut virtutum Domino, qui, » justus judex, potens est in illum diem unius cujus» que servare depositum, per vitae munditiam mili» tantes, mereantur consequi felicitatis aeternae prae» mium, quod nunc inchoantibus repromittitur, sed » perseverantibus in consummatione praestatur. Nulli » ergo hominum etc."

Is-

(*n*) *apostolice* Cod. (*o*) *distinctius*.

(11) Est hic *Titulus X*, duo exhibens Capita: sed Titulus XI. (qui habet itidem duo Capp.) prius Caput hîc intelligitur.

Istius *Extravagantis Joannes Andraeae* etiam * fecit * (*p*) mentionem sub titulo: *De statu Monachorum.*

Videmus ergo, quod nulla Jura, nec ipsa *Clementina*, prohibent Presbyteros et Clericos seu Laicos, nec etiam Feminas (separatim tamen), more Apostolico, nullo errore implicatos, simul esse et vivere, atque in una domo pariter commorari, cum — Natura ad hoc inclinat, est enim homo animal sociale et politicum; Lex ad hoc hortatur, quia melius est duos esse simul; Religio Christiana illis praecipue congaudet, quia omnes, qui credebant, erant pariter. Utinam isti *Mendicantes* in proprium suum Ordinem respicerent et fratribus suis pronunciarent, omnes Ordinis sui * proprietarios * (*q*) in statu esse damnationis, et non insurgerent contra oves Christi simplices, simul viventes, manibus laborantes, castitatem mutuo custodientes, a seculi laqueis abstinentes, Praelatis suis obedientes, convivia Religiosorum solo nomine et habitu detestantes, a vagis et lascivis fratribus, Regulam non servantibus, fugientes, soli Conditoris desiderio inhaerentes; quas Dominus Deus in vita ista sancta custodiat semper et defendat!"

Aldus geeft dan *Busch* den inhoud op der Rede-

(*p*) = Cod. sed ad libri oram postea adscriptum seriore manu.

(*q*) *proprietationes* Cod. a pr. manu, sed dein correctum.

(16) Tom. III. pag. 914 sq. ed. Antwerp. 1615. 8. In de vroegere, naar den stand der Boekdrukkunst van dien tijd zeer fraaije, uitgave van *Jodocus Badius Ascensius*, Paris. 1520. fol. CLVII. *v*. Beide deze Uitgaven bezit de *Utrechtsche* Bibliotheek. Er moet ook eene *Keulsche* editie zijn: Prof. C. ULLMANN schijnt dezelve gebruikt te hebben bij zijne *eerste*, hier te vergelijken, *Bijlage* op zijn uitmuntend Werk: JOHANN WESSEL, *ein Vorgänger* LUTHERS (Hamb. 1834. 8.) s. 393. n. * Verg. ook de Nederduitsche (hier verkorte) Vertaling van dit Werk door den Eerw. W. M. MUNTING (Leyd. 1835. 8.) bl. 419. Is het niet vreemd, dat een, zoo dikwerf gedrukt, Werk zoo moeilijk te bekomen is? En toch is mij dit door zeer goed onderrigte Boekhandelaren verzekerd: gelijk dan ook onze *Leydsche* Bibliotheek hier nog een *Caret* erkent.

een nieuw bewijs op te leveren voor hetgeen door mij, tegen de Heeren *Delprat* en *van der Schaaff*, een weinig vroeger (Deel VIII. bl. 341—346.) is aangemerkt. De *Varianten* bij *Th. à Kempis* (in de woorden *literis* en *principis*) maken den zin duidelijker. En blijkbaar verdedigt zich *Groete* in het geheel niet tegen iets, dat van den *Paus* konde gekomen zijn, maar wel tegen hetgeen in Schrifturen van, of aan, den Bisschop (van Utrecht) staan mogt. Doch ik laat het aan den lezer over, dit nu verder, des gelustende, zelf nader te overwegen en te ontwikkelen.

Bl. 364, n. 1. Behalve andere gronden ter bevestiging van het hier gestelde, welke van elders ontleend konden worden, beriep ik mij vroeger (17) op den *Sermo* van onzen GROETE zelve, Cap. 7. (*Arch.* Deel II, bl. 381. reg. 19. vergel. v. 16 en 25; bl. 384. reg. 10 en 14. verg. reg. 8. en bl. 386. reg. 20 en 21.). Thans voeg ik er nog bij: — 1. Den *titel* en het *onderschrift* der Redevoering in de *Uitgave* (over welke ik AANT. I. opzettelijk gesproken heb), welke, althans wat het *Onderschrift* betreft, met A en G. te dezen aanzien overeenkomt, en duidelijk van *Focaristae*, niet van *Focarii*, spreekt (zie *Arch.* Deel VIII. bl. 107.); — 2. Het verhaal van *Busch* aangaande het treurig uiteinde van eenen *Priester*, die zich ook aan dezelfde verkeerdheid, ten einde toe, zoo als het schijnt, had schuldig gemaakt, en dien hij ook met den naam van *Focarista* benoemt. (*Quidam Westphalus, Sacerdos* Focarista, *moriturus exclamavit o aeterna mors!* caet. Lib. II. cap. 69. pag. 613.): — 3. Hetgeen *Heribertus Ros-weydus* heeft in zijn *Glossarium vocum rariorum et Barbaricarum*, op 't *Chronicon Windesemense*, *ad v. Focarista;* alwaar hij het woord, op de zoo even aangehaalde, plaats, door *Concubinarius* verklaart, en die uit het Leven van *Groete* door *Thomas à Kempis* (Cap. XIV.), bijbrengt, waar gezegd

(17) Zie *Arch.* Deel III. *Bijlagen* en *Aanteek.* bl. 60. in noot 1. alwaar 388 in 386. moet veranderd worden.

zegd wordt: *contra haereticos*, —. — Focaristas — *certavit*: tevens verwijzende naar *G. van der Schueren*, op 't woord *Focaria*.

Bl. 385. Met betrekking tot het stuk, N°. 5., *Ludus Scacorum moralizatus* heeft mij de, meermaals door mij dankbaar gemelde, Bibliographische Geleerde te Utrecht, de Heer *J. J. Dodt* van *Flensburg*, vriendelijk medegedeeld, dat hetzelve tot Opsteller gehad heeft *Jacobus de Lissolis de Thessalonia*; dat het *gedrukt* is te *Utrecht* (Ultrajecti) bij *Ketelaar* en *de Leeuw*, omstreeks het jaar 1473, als mede in eene Nederduitsche Vertaling, te *Gouda*, bij *G. Leeuw*, ten 1479: eindelijk, dat zich te Utrecht ook nog, in Handschrift, een *Ludus Chartarum moralizatus* van denzelfden Schrijver bevindt.

Bl. 386. Opsigtelijk N°. 11., *Speculum Monachorum*, berigtte mij de vriendelijkheid van denzelfde naauwkeurigen Boekenkenner, dat, hetgeen in het Handschrift ter plaatze, door mij aangewezen, gevonden wordt, het *Opusculum in Verba: ad quid venisti?* is, hetwelk in *Bernardi Opera*, Tom. III. pag. 826 sqq. ed. Mabillon. voorkomt; doch dat deszelfs *Speculum Monachorum*, hetwelk men pag. 816 sqq. van dat zelfde Deel aantreft, een ander werk is.

Bl. 338. *Bonaventura de quatuor exercitiis* zal wel deszelfs *Soliloquium* zijn (DODT).

Bl. 389. Regel 1. *doctus*. Lees: *dictus*.

Ald. N°. 11. Denkelijk het *Breviloquium* van *Bonaventura* (DODT).

Bl. 390. N°. 15. Nog in twee andere Utrechtsche Handschriften voorkomende, en daarin onder den titel: *Contemplatio Bernardi*, *de passione Domini* (DODT).

Bl. 392. N°. 4. Zonder mij, bij gebrek van naauwkeurige aanteekening, te kunnen herinneren, waar? vind ik, op den rand van mijn exemplaar aangeteekend, dat, reg. 5. (d. is. 31. der bladzijde), voor *neutralizationem* (ergens) gelezen wordt: *neutralitatem*; reg. 7. (33) voor *potestate*, *parte*; reg. 11. (36) voor *quod*, *quia*: en reg. 12. (37) voor *alteri*, *electi*. —

cti. — (Ik begin te vermoeden, dat het wellligt mijne eigene verbeteringen zijn kunnen, gemaakt, toen ik, door gestadige oefening, meer hebbelijkheid verkregen had van het ontcijferen van bijna onleesbaar schrift en vreemde abbreviaturen. En zoo zal het dan misschien ook wel gelegen zijn met)

Bl. 394. boven aan; waar men dan, reg. 2. lese: *secundum cultum;* reg. 4. *Clericorum*, in plaats van *aulicorum:* en reg. 9. *composuit* in plaats van *exposuit.*

Deel II. Bl. 270. reg. 3. v. ond., moet, in plaats van *Kampen*, gelezen worden: *Kempen.* Duidelijk herinner ik mij niet, of ik, tijdens het schrijven der Verhandeling, in de dwaling van zoo velen deelde, die, op voorgang van *Joannes Badius Ascensius* en deszelfs navolgers, *Thomas'* geboorteplaats in Overijssel gezocht hebben. Maar zoo veel is zeker, dat het eene dwaling is. Hij was afkomstig van *Kempen*, in de streek tusschen het Kleefsche en Bergsche land gelegen; en onder het Kerkelijk gebied van het Aartsbisdom Keulen. *Ros-weydus* heeft dit, (in zijne *Notatio* op de *Vindiciae Kempenses*, pag. 116, 117), met een zestal bewijzen gestaafd; afgeleid; onder anderen, — uit zijn naam *Hamerken* (*Hämmerlein*, Lat. *Malleolus*), welke in de XVe Eeuw, als die van een aldaar woonachtig geslacht, bekend was; — uit de oude Hoogduitsche Vertalingen, b. v. de dikwerf herdrukte *Dillingsche*, in welker Voorreden uitdrukkelijk *Thomas* gezegd wordt te zijn *auss Kempen im Cölnischen*: alsmede, daaruit, — dat *Thomas* zelf, wanneer hij *zijnen* naam opgeeft, *à Kempis* schrijft, maar de *Stad Kampen* in Overijssel noemt *Campi* (*Campos*, *Campis*, Cap. IX et XV, *Vitae Gerardi Magni*). De drie overige bewijzen ga ik voorbij. (Op het *tweede* aangevoerde bewijs moet ik evenwel aanmerken, dat men op den titel van eene oude *Nederduitsche* Vertaling, (welke volgens 't onderschrift der *Opdragt*, in het jaar 1548. gemaakt is, om door *Hendrik Petersen* van Middelburg gedrukt te worden, en, blijkens de laatste bladzijde, bij deszelfs Weduwe uitgegeven is te Antwerpen, ten jare 1552. in 12°.) den naam der geboorteplaats *Kampen* gespeld vindt. De titel luidt letterlijk dus: *Van die*

we-

werelt te verlaaten, ende Christum te volghen: een deuclyc Tractaet, vol goeder leeringhen, wylen ghemaect bi eenen deuoten Regulier, ghenaemt Heer Thomas Hamerken van Campen, welc boecxken men pleech te noemen Qui sequitur me. En lager: *Dye mi na volcht, en wandelt nyet in duysternissen, seyt dye heere*).

Bl. 278. Mijne redeneering te dezer plaats gaat in zoo verre door, als inderdaad de woorden: *liceat sperare timenti*, aan een' Heidensch Dichter ontleend zijn. Ik dwaalde echter in den persoon. Want het zijn geene woorden van OVIDIUS, den *Erotischen* Zanger, maar van M. ANN. LUCANUS, den Dichter der *Pharsalia*. Bij dezen is het (Lib. II. vs. 14).

Sive parens rerum — — —
Fixit in aeternum causas, — — —
Sive nihil positum est, sed fors incerta vagatur,
Fertque refertque vices, et habent mortalis casum,
Sit subitum quodcunque paras; sit caeca futuri
Mens hominum fati; liceat sperare timenti.

Bewijst deze aanhaling dan niet juist, wat ik eigenlijk bedoelde; dezelve bewijst toch de hoofdstelling: » Ook de Schriften der Heidenen had *Groete* gelezen, en — zoo gelezen, dat de woorden hem diep in het geheugen geprent waren, en hem, bij voorkomende gelegenheid, als onwillekeurig ontvielen.''

Bl. 296. reg. 11. Verg. hier Deel VII. bl. 273.

Bl. 299. reg. 9 en volgg. Dit moet nu gedeeltelijk aangevuld, en, wat het verzoekschrift betreft, aan den *Paus* gezonden, eenigermate veranderd worden naar hetgeen straks, in de 4e *Aanteekening* (bl. 333 en volgg.), beredeneerd is.

Bl. 337. In de Variant-noot *i* de tweede A. C. door te halen.

Bl. 389. n. 76. *Artandae* is door den Afschrijver gezet in plaats van *arctandae*, gelijk ik in den tekst gezet heb. En dit zal wel niet, zoo als ik bij gissing voorsloeg, in *arcendae* moeten

ten veranderd worden. Want het woord komt, bij onzen Schrijver, elders ook in dergelijke betrekking en beteekenis voor. Bij voorbeeld, in den *Sermo contra Focc.* Cap. VI. (*Arch.* D. II. pag. 361.) is het: *per medicinales* poenas *et per* rigores *Clericos a fornicatione* coarctassent *et a scandalis activis.* En, in de *Epist. de Locatione Ecclesiarum* (*Arch.* D. VIII. pag. 126.) *Episcopi possunt* — — coarctare — *subditos ad bonum.*

Deel III. (IIe *Deels* 2e *Stuk*) *Bijlagen en Aanteekeningen*, bl. 1. Hetgeen hier voorgeslagen werd, was een noodschot: doch het woord *Balucum* zal zekerlijk wel hetzelfde zijn met het Fransche *Balcon* (Ital. *Balco*, *Balcone* en *Ballatorio*). Een *Duitsch* Referent, de *Göttingsche* Hoogleeraar GIESELER, heeft deze aanmerking, en, zoo als het mij nu voorkomt, teregt en oordeelkundig, gemaakt, met beroep op ADELUNGS *Glossarium.* Zie *Theologische Studien und Kritiken*, Jahrg. 1833. Heft 4. s. 1136. Bij DU CANGE komt, *ad v. Ballucum* (niet *Balucum*), eene plaats voor, die ter bevestiging schijnt te dienen; t. w. » SEBASTIANUS, *Salmanticensis Episcopus*, in VEREMUNDO *Rege*, *aera* 827 D.: *Regalia Palatia*, Balluca, *Triclinia praetoria quis satis pro ipsa pulcritudine valeat commendare?* " De plaatsing van *Balluca* tusschen *Paleis* en *Eet-* of *Slaap-zaal*, maakt deze opvatting althans waarschijnelijk.

Bl. 2. n. 5 en 6. Voor *idem* zal *una* te lezen zijn: en *turpidior* mag wel voor *turpior* bij abuis geschreven zijn. Dezelfde, even vriendelijke, als grondig geleerde, Beoordeelaar sloeg voor, niet *idem*, maar *ut* te lezen. In 't H. S. staat echter duidelijk *ua*, dat wel geene schrijffout zijn kan. Waarschijnelijk is het schrapje boven de u (ū) te fijn getrokken geweest en verbleekt.

Bl. 60 — 84 en 89, 90. *Eenige* aanwijzing vindt men bij FERD. WALTER, in zijn *Lehrbuch des Kirchenrechts*, *mit Berücksichtigung der neuesten Verhältnisse* (Bonn, 1822. Zweite Ausg. 1823. 8.) §§. 53. u. 54.

Deel VIII. Bl. 118. reg. 4, Verg. *Deel* II. bl. 380.

Bl. 280. n. ** in te voegen: *mans.*

Bl. 211. reg. 18. voor *Aartsbisschoppelijke* te lezen: *Bisschoplijke.*

Bl. 362—364. Vergelijk hiermede, wat, uit *Ruisbroek's* schriften, door ULLMANN is aangevoerd, t. a. pl. s. 400. n. * (Nederd. Vertal. bl. 426. n. 1.).

Hier leg ik de pen voor goed neder. Breeder, dan ik gewenscht had, is dit stukje — in weerwil van het gebruik eener kleinere letter — uitgeloopen. Proefondervindelijk heb ik het zeggen van een' Duitsch Schrijver (*Claudius*, meen ik) waar bevonden: » Niemand zette zich neder, zeggende: ik ga een » *in-duodecimo* schrijven!" De stof groeit onder de bewerking aan. GROOTE's schriften mogten, naar den oorspronkelijken aanleg des Opstels, niet gemist, en niet getrunkeerd worden. Het is toch van belang den man, niet uit de, gedeeltelijk overdrevene, lofspraken der Broederen zelve, maar uit zijne eigene taal en redenen, te leeren kennen. (Reden, waarom ik nu, in een *Aanhangsel*, het eenige, dat zou overschieten van al wat van hem bekend gemaakt is, en dat inderdaad van zijnen *Geest*- en *Denkwijze* bij uitnemendheid getuigt, nog uit *Thomas à Kempis* (*Opp.* Tom. III. p. 915—921. Ed. Antv. 1615. 8) volgen laat.) En evenwel, zonder eene en andere aanmerking bij dezelven te voegen, scheen zulk eene naakte uitgave toch ook geene houding te hebben. Het is dus geenszins *otio abuti* geweest, geen blijk zelfs van het *otio abundare*, dat ik, hier of daar, een weinig heb uitgeweid. En zoo men ook al in dit, of eenig ander opzigt, iets mogt te berispen vinden, ik verschoon mij bij den goedwilligen lezer met het oude, en *hier* zoo aandoenlijk ware:

Da veniam coeptis, quorum non gloria nobis
Causa, sed et pietas officiumque fuit.

Cen-

Conclusa et Proposita, non Vota, in nomine Domini a Magistro GERARDO *edita.*

Ad gloriam et honorem et servitium Dei intendo vitam meam ordinare, et ad salutem animae meae. Nullum novum [l. *bonum* B. (*)] temporale, sive corporis, sive honoris, seu fortunae, seu scientiae, praeponere saluti animae meae. Omnem aemulationem Dei sequi, de qua mihi certum esset esse scientiam et discretionem; habito respectu ad corpus et statum meum: de quibus aliquae aemulationes subsequuntur.

Primum est, nullum amplius beneficium desiderare, nec spem, nec desiderium in aliquod lucrum temporale ponere de futuro. Siquidem, quanto plura habuero, tanto sine dubio avarior fuero. Item, secundum Ecclesiam primitivam, non potes habere plura beneficia. Item, in morte te poenitebit, quia communiter dicitur: „quod nunquam quis pluralis in beneficiis, sine hujus poenitudine mortuus est.'' Et quanto plura beneficia et plura bona habeo, tanto pluribus ego servio, et pluribus oneratus sum: et est contra libertatem spiritûs, quae est principale bonum in vita spirituali. Alligatur enim affectus pluribus, et tenetur pluribus alligatus. Repugnat namque paci cordis et quieti mentis affectio ejusmodi, animam inficiens, et curae istae annexae mentem maculant et disturbant saepius. Item, appetitus plurimum [*plurium* B.] rescindendus est; deinde possessa abbrevianda sunt, discrete ad minus. Item, si de meis largiri volo, cur pro pluribus stabo? Tantum est, si dedero ex modico modicum, sicut ex magno multum Deo; quia non substantiam, sed cor, pensat Deus. Unde vidua, quae misit duo minuta, divitibus praefertur a Domino. Item video, quod, quae ha-

(*) Id est, ita ed. *Badii*, 1524. f. m.

habeo, excellenter me ligant: quanto magis illa acquirenda, si adderentur istis! Item, satis habeo, secundum proportiones communis vitae et dignitatis.

Item, nulli Cardinali vel Ecclesiastico, attento fine hoc, serviam, ad beneficia vel bona temporalia consequenda; quia hoc servitium multis lapsibus et recidivationibus proximum est, et tu debilis es; et periculis multis, nisi in servitio Dei, te expones, et morti satis proximus, et nullas commessationes vales sustinere. Item nulli Domino temporali servies ad lucrum consequendum. Item nullius Domini vis unquam esse astrologus. Item, pro nullo homine mundi exercere debes aliquam scientiarum prohibitarum; quia res in multis in se malae, suspiciosae, et suspectae, et prohibitae. Item, omnes has superstitiones et alias curiositates debes a mentibus hominum removere; in quantum potes, salva quiete mentis, et puritate, et libertate voluntatis; ut in illo, in quo Deo displicui, Deo complaceam secundum suam voluntatem.

Item, nunquam tempus eliges ad itinerandum vel flebotomisandum, vel ad aliquid aliud, nisi grosso modo secundum aëris consistentiam. Talis enim electio prohibita est in Decretis et a Sanctis Patribus. Item, quicquid incipiam, in nomine Domini incipiam, et spem meam in illa re ponam in Domino, ut Ipse, ad viam salutis meae, me in illa re dirigat. Et non dependeat aliqua spes in fato, vel orbibus coelestibus, alia a spe Dei, et oratione, et bonis Spiritibus, et eorum custodia. Item, quomodo scio, si prosperari in via, vel in re, est mihi utile? Imo saepissime inutile, quia saepe angustia, saepe tribulatio utilissima est. Ergo supponam me ordinationi Dei. Beatus enim homo, qui sperat in Deo. Omnem igitur sollicitudinem in Eum projicias, quoniam Ipsi cura est de te. Quanta enim misericordia me, per flagella, contra meam voluntatem, spero, revocavit! Nec soliciti debemus esse, quid manducemus: quanto minus de astris et superstitiosis! Necessarium est enim ex corde puro omni Christiano se ipsum deserere et se Deo committere.

Item, nunquam judicabo rem futuram, et modicum adver-

tam

tam futura in genere; quoniam Deo et me, et mea singula, supponam. Item, per honores et favores, et per avaritiam, quibus omnes student, coinquinatur homo, et per tales lucrativas scientias obscuratur, passionatur, et rectitudo naturalis obliquatur, et inficitur appetitus; ut nec quae sunt Dei, nec virtutis, nec bona corporis recte adspiciant. Unde rarissime est, quod, qui scientiis lucrativis, vel Medicinae, vel Legibus, vel Decretis, inhaeret, rectus sit, vel aequus in ratione, vel justus, vel quietus, vel recte vivens [*videns* B]. Item, tu nullum tempus consumes in Geometricis, Arithmeticis, Rhetoricis, Dialecticis, Grammaticis, Lyricis Poetis, Judicialibus, Astrologis. Haec enim omnia per *Senecam* reprobantur, et retracto oculo bono viro respicienda sunt: quanto magis Spirituali vel Christiano, respuenda! Item, inutilis temporis consumtio est, et nihil prodest ad vitam. Item, inter omnes scientias Gentilium *Moralia* minus abhorrenda sunt; quae saepe sunt multum utilia et proficua, et tam in propria persona, quam in docendo alios. Unde sapientiores omnem Philosophiam ad mores retorquebant, sicut *Socrates* et *Plato*. Et, si de altis rebus dixerunt, etiam sub levi moralitate ea figurative, secundum beatum *Augustinum* et experientiam tuam, tradiderunt, ut et inveniri posset semper mos juxta cognitionem. Unde et *Seneca*, haec secutus, in *Quaestionibus Naturalibus* toties admiscet moralia. Quicquid enim meliores nos non facit, vel a malo non retrahit, nocivum est. Item, Secreta Naturae non esse studiose inquirenda in libris Gentilium, nec Legis nostrae Veteris et Novi Testamenti: sed, cum occurrent, de iis et in iis Deus est laudandus et glorificandus; ut de naturali fiat meritoria scientia, et offeratur, sicut sacrificium, Deo altissimo, per gratiarum actiones, cum Abel justo, et cum eo cogitetur aliquod bonum in honorem Dei. Adverte in omnibus, quod haec omnia coinquinant, non satiant, et invenies in iis nauseam, per gratiam, spero, Altissimi.

Nunquam capies gradum in *Medicina*, quia nec lucrum, nec beneficia cum gradu intendo acquirere. Similiter nec gradum in *Legibus* vel *Canonibus*, quia finis graduum est, vel lucrum, vel

vel beneficia, vel inanis jactantia, vel gloria mundi: quae, cum ad lucrum vel beneficia non ordinantur, simpliciter inutiles sunt et supervacuae, et stultissimae res, et contra Deum et omnem libertatem et puritatem sunt; et homo, cum illas appetit, cadit in mala plurima, et pejores sunt lucris et beneficiis. Item, nullam artem studere, nullum librum facere, nullum iter arripere vel laborem, nullam practicam scientiae exercere ad dilatandam famam meam, et nomen scientiae meae, et ad habendos honores vel gratitudinem quorumcunque, vel propter memoriam mei post me derelinquendam. Si enim propter haec talia, vel aliquem actum facere, mercedem in iis ponendo, non reddetur mihi apud Patrem, qui in coelis est; et [*at?*], si quid talium propter bonum et mercedem aeternam, semper faciam, unde dilatatio nominis omni modo vitetur. Item, quia haec inanis gloria, memoria et fama, etiam per Philosophos tam excellenter est reprobata, ut vix eam aliquis dignus laude admitteret. Et, si veniret laus ex opere, propter Deum facto, de quo intentio fuerit occulta, licet hoc opus luceat, redde Altissimo laudem illam et gloriam.

Item, secundum *Bernardum*, nullum verbum proferas, de quo multum religiosus vel scientificus appareas. Item, omnem disputationem publicam vitare et abhorrere, quae est litigiosa, vel ad triumphandum, vel ad apparendum; sicut sunt omnes disputationes Theologorum et Artistarum Parisiis [*Parisii* B]; imo nec ad discendum interesse. Patet, quia contra quietem sunt, et lites et dissensiones fiunt, et inutiles, et semper curiosae, et ut plurimum superstitiosae, animales, diabolicae et terrenae; ita, quod doctrina *saepe* nociva et semper inutilis est, et consumtio temporis inutilis est. Interim *possis* lucrum spirituale acquirere, vel oratione in merito vel studio alicujus devoti. Item, nunquam disputabo cum quocunque private, nisi praeordinetur certus finis evidentis boni; et, nisi talis sit, qui me velit audire, et cum quo possim sine litigio conferre et modeste, nisi malitia rigorem requireret propter bonum subsequens, et hoc nunquam, nisi bene deliberate. Patet, quia semper in bono fine omnis res debet ordinari in laudem Dei,

hoc

hoc est, semper orare. Unde non disseras cum eo, nisi qui veritatem concedit.

Item, nunquam studebis ad capiendum gradum in *Theologia*, vel niteris ad hoc, quia lucrum et beneficia nolo consequi vel famam; et scientiam aequaliter possum habere *sine* gradu. Item, communiter est carnale, et qui carnaliter sapiunt. Item, in multis retraheteris a salute proximi. Item, ab oratione, a puritate mentis et abstractione. Item multis vanis lectionibus oportet interesse et multitudine hominum, in quibus homo inquinatur et divaricatur. In *Legibus* et in *Medicina* nunquam studebis, nisi casu occurrente, et in quo possis aliquid boni facere cum iis. Nihil enim nutriunt in se, sed mentem divertunt. Sed amore concordiae, vel casu necessitatis, vel casu mirabili se offerente, in Legibus potest videri, et pro proprio corpore, vel socii in medicina. Sunt enim res seculares, in quibus magis congruum est pati aliorum consilia, quam dare. Item Theologis, Monachis et Legem Dei desiderantibus, prohibentur Leges et Medicina. Item, non dabis dubias medicinas, vel dubiae infirmitati quascunque medicinas, vel cuicunque aegroto, nisi maxima necessitate modicum dicas, ubi alius haberi non possit; sed aliter nunquam te intromittas. Item, vides, quantum boni viri gaudent, liberati a practica ejus. Item, in nullis causis placiti vel controversiae consulas, vel te intromittas, nisi evidenter constaret tibi, quod illi calumnia evidens fieret; et nisi miserabilis, et nisi causa tota pia esset; vel manifestissimorum malorum fieret repressio, vel pauperum suppressio; et, si aequa mente servata possis te intromittere. Et post intromissionem te retrahe, ita ut reliquiarum curae non maneant. Et in hoc caute attende, ut amicitia, vel consanguinitate, vel odio non movearis. Et, si amicus, vel consanguineus, vel odibilis aliquando tibi, investiga intra te, si esset alienus vel non odibilis, si idem faceres. Patet satis, quia conditio felicitatis in rustico est, quod non vidit, secundum *Virgilium*,

— ferrea jura
Insanumque forum. —

Item,

Item, coram Officiali, vel judice spirituali, pro nullo amicorum vel consanguineorum, vel aliorum favore comparebis, nisi urgeret maxima necessitas pietatis; et tunc alium procuratorem mittere debes, si necessitas requirat, et ipsemet non ire. Ex hoc namque turbatur quies mentis, si ires, et strepitui et naufragio mundi te intromitteres. In omnibus aliis mitte mortuos sepelire mortuos suos. Coram Scabinis vel Judice seculi in Daventria non comparebis, nisi in similibus necessitatibus; quia amici tui omnia haec tractant satis coram Scabinis. Nunquam de quibuscunque hominum controversiis (nisi ut supra) te intromittas, nisi ad componendum, si in brevi et sine strepitu componi potest; et ubicunque etiam compositio fieri debet, si aeque bene per alium fieri potest, non te intromittas, et hoc semper considera; sed propter tuam quietem, pacem, quam posses verisimiliter ordinare, non dimittes.

Item, quandocunque aliquis tuus consanguineus verberatur, interficitur vel molestatur, nunquam injuriantem molestabis, nunquam consilium, in malum ejus, contra eum dabis; nunquam os tuum contra eum obturabis, vel eum vitabis: sed potius consolatorie monebis, vel ad pacem reduces. Et, si volunt vindicare amici, a vindicta eos removebis placidis verbis; et ab injuriis, ne inferant. Tu te dimittes omnibus, et exemplum tale praebebis, quanto magis alios movebis [*monebis* B]. Item, facta amicorum et consanguineorum, vel Dominorum, nunquam tractabo, nisi mere pia sint, ad misericordiam, et pietatem, et justitiam declinantia; et, quae per alios aeque bene fieri non possint. Malum esset, etiam propter contemplationem, pietatem et justitiam, quod per alium fieri non posset, deserere, et proximi utilitates pias.

De Sacris Libris studendis.

Revertor ad Scientias. Radix studii tui et speculum vitae sint, *primo* Euangelium Christi, quia ibi est vita Christi; *deinde* vitae et collationes Patrum; *deinde* Epistolae Pauli, et Ca-

Canonicae, et Actus Apostolorum; *deinde* libri devoti, ut Meditationes Bernardi et Anselmi Horologium; de Conscientia Bernardus; [— *di* B.] Soliloquia Augustini, et consimiles libri. Item Legenda et Flores Sanctorum; Instructiones Patrum ad mores, sicut Pastorale Gregorii; de opere Monachali beati Augustini; Gregorius super Job, et similia; Homiliae Euangeliorum Sanctorum Patrum et quatuor Doctorum; Intellectus Sanctorum. Patrum, et Postillae super Epistolas Pauli, quia continentur in Capitulis Ecclesiae. Studium in libris Salomonis, Parabolarum et Ecclesiastae [— *tes* B.] et Ecclesiastici, quia continentur in Ecclesia, in lectiónibus et capitulis. Orabo spiritu, orabo et mente. Studium et intelletus Psalterii; quia continentur [— *etur* B.] in Ecclesia Sanctorum Patrum: Psallam spiritu, psallam et mente. Librorum Mosaicorum studium, historiarum, Josuae, Judicum et Regum, Prophetarum et Expositiones Patrum in his. De modo transcurrendi Decreta, propter seire instituta Majorum et Ecclesiae; non ad incorporandum, sed transcurrere, ne ignorantia Juris pietatem vertas in inobedientiam; ut videas grossos Ecclesiae primitivae fructus; ut scias, a quibus debes cavere, et a quibus monere cavendum.

Omni die, quando potes, debes audire Missam usque ad finem. Laicis enim praeceptum est in Dominicis; ut [*Decr.* P. III.] *De Consecr.* Dist. I. Cap. *Missas* [*s.* 64.]: Clericis, singulis diebus; ut in *Glossa*, ibidem. Item in Ecclesia maneas diebus festis, quousque Missae solennitas compleatur. Item corporali naturae juvamen est ad devotionem Cantus, ut scis per experientiam. Surgendum semper in Euangelio, et standum est. Unde [*Decr.* P. III.] *De Consecr.* [*Dist.*] I. Cap. [68.] dicitur: » Apostolica auctoritate mandamus, ut non sedentes, sed venerabiliter curvi stantes simus et in conspectu Euangelii.” In verbo *venerabiliter* includitur, honorem tribuendum Euangelio. Unde et in verbo, quo dicit: » Attente verba ejus audiant, et fideliter adorent;” id est, venerentur per compositionem corporis. Corporales venerationes sunt: *primo* in curvitare; *secundo* in capitio deponendo ex consuetudine; *tertio* inclinare ad verbum *Jesus* et *Maria*; quia hoc habent De-

devoti. Item, cum legitur Euangelium, mens non debet aliam sibi orationem praeponere, vel aliam lectionem, cui debet intendere.

Pluribus intentus minor est ad singula sensus.

Praecipiuntur enim verba Euangelii et Scripturarum Apostoli in solennitatibus attendenda per Cap. [62.] *Omnes*, *De Consecr. Dist.* I. Frustra audire esset, nisi attenderemus. Item, nihil legere, nihil meditari; quia attendere praesens debitum est, seu debemus Euangelio; a quo subtrahimus omne, quod, vel dicendo, vel meditando, peragimus. Item, curvatio nostra illis verbis, et veneratio corporalis, signa sunt venerationum mentalium. Signa falsa sunt, nisi signata iis respondeant. Item, illorum mentalium haec exteriora inductiva sunt, et sic sunt frustra, si iis non corresponderent. Item plus ore et mente venerari est, quam solo ore vel capitio. Unde audiam capitio, audiam aure, audiam et mente. Aliter est sicut cymbalum tinniens, aut aes sonans. Non sunt mihi voces aut loquelae, quorum sermo a me non percipitur. Item, genu flexo, capite non velato, dorso inclinato, stabis post consecrationem Sacramenti, si ipsum, vel calicem, videre valeas. Humilis illa adoratio et bassatio corporis, decens Deo et menti congrua, in juvamen devotionis omni modo; imo aptissima inclinatio capitis super cubitum, ut scis. Maxime enim servus tenetur exhibere reverentiam Domino, in praesentia Domini. Incurvatio est mirabiliter apta devotioni [*incurvationi* B.] mentis, propter proportionabilem phantasmatum motionem. Quando es remote, vel videre non potes, jaceas capite declinato, et ora in abscondito Deum tuum, a *Sanctus* usque ad *Pacem*; et deinde, sive capias, sive non, usque ad Euangelium Sancti Joannis.

Pacem venerabiliter et devote sumas, quia contactus est Dominici corporis per os Sacerdotis. Nonne et Veronica adoratur? Nonne pictura Christi, non Christi dedicata corpore, adoratur? Nam fideles solebant communicare omnes in primitiva Ecclesia; loco cujus communicationis datur *Pax*, quasi aliquid communicationis corporis Christi. Ratio, quare non ita com-

communiter datur corpus, opinor, quia in primitiva Ecclesia meliores erant, fervente sanguine Christi, et religio stetit in vigore et culmine, quae est jam antiquata. Unde et ipsi se subtraxit. Quando *Pax* venit, sis paratus, ac si capias corpus Christi; et tunc leva desiderium, et te praepara; ut, si Sacramentum corporaliter manducare non vales, saltem spiritualiter manduces. Post communionem talem ex *Pace*, oportet desiderium tuum manere, et diu durare intus. Si tamen evagari incipias, sicut solet tibi contingere, quando per te cogitas, quae non praeordinasti, vade ad passionem Christi.

Item a *Sanctus*, *Sanctus*, praepara te ad videndum Sacramentum. Nunquid solent omnes se praeparare ad videndum Regem, a quo et videantur? Post visionem praepara te ad ipsum manducandum, et nihil aliud facias, quia tunc praesentia Christi operatur, et juvat infirmitatem tuam; et sic ad Sacramenti amorem exciteris. Hoc patet per hoc, quod dicitur, *sursum Corda!* et, *Habemus ad Dominum.* Item, semper appropinqua Sacerdoti, quantum honor permittit, ut audias Missam, ut videas Sacramentum, et in praesentia ejus sta. Nunquam velis alicui consulere vel dicere (nisi devotissimo), vel juvare ut ordinetur. *Primo* propter dicta, quae ad officia continentur, quae fieri deberent, et non fiunt, ut patet in IV *Sententiarum* et in *Decretis*. *Secundo* propter Simoniam, quae communiter intervenit. *Tertio*, propter inutilem statum Ecclesiae.

De abstinentia, videtur [—*entur* B.] bona, sed non promissa. *Primo*, servare praecepta jejunia. *Secundo*, nunquam comedere carnes. Rationes habes in Margarita Decretorum, *de Consecratione*, V. Distinctione, *Ubi* [v. c. 32]. *Tertio*, adventum et septuagesimam semper jejunare non sine causa dimittere. *Quarto*, quotidianum jejunium sit, non satiari totaliter, nisi frigus impediat. Hoc suadent Philosophi omnes, praecipue *Seneca* et *Aristoteles*. Dum adhuc appetitus durat, manum retrahe. Sed male scitur satietas; sed eam sic considera, quantum velles comedere, si omnino liceret tibi usque quaque; et de illo appetitu durante aliquid trahas, quod tibi rationabile videtur.

Quinto, juxta finem comestionis, vel ultimum ferculum, delibera quantum comedisti, et quantum esses adhuc comesturus, si continuares, et de hoc reseca; sequitur vel praecedit istá praecedentem. *Sexto*, in principio, cum praeparare incipis, delibera comestionem tuam et ejus quantitatem. *Septimo* cavé plus quam ab uno piro cocto post cibum, nec multum magnum, vel tria parvissima. *Octavo*, semper in nocte comedere inter horam quartam et quintam; nisi hospites, infirmitas, vel accidens aliud, iter, vel hujusmodi impediverit. Probatur per causas. *Primo*, hoc digestioni conveniens, ut cibus in stomacho non corrumpatur in vigilia, per hoc, quod calor sit nimis modicus. *Secundo*, propter studium vel aliud impediens digestionem in vigilia, sicut solicitudo et tristitia. *Tertio*, ne digestionem impediat potus supersumtus. *Quarto*, ne potum supersumere tibi conscientiam faciat, quod saepe contingit. *Quinto*, ne crudum pomum, species vel alia te tentent per diem. *Sexto*, quia somnus est melior, quia plenus venter libenter dormit. *Septimo*, quia tunc studium et orationes diei minus impediunt somnum. *Octavo*, ex hoc fiet, ut eatur cito dormitum et una hora semper. *Nono*, ex hoc fiet, ut sit unus somnus continuus propter tempestivam dormitionem. *Decimo*, non tenebit te delectatio studii nimis ad noctem. *Undecimo*, quia tunc habes totam diem in laboribus et orationibus. *Duodecimo*, quia tunc tua vigilia tota est sobria et jejuna, subtilis et apta ad Deum et opera. Item, plus appetit homo cibum, qui comedit, quam jejunus; sicut non potest se homo abstinere, existens juxta vel in mensa. Item, ab Exaltatione Sanctae Crucis usque ad Pascha, non nisi semel comedere, hoc est Carthusiensium et Bernarditarum, et aliorum. Item, hoc incipit in Septembri circa aequinoctium, et durat usque ad aequinoctium fere vernale. Item, in magno frigore [*rigido* B.] plus comedere licet, non tamen nisi semel, quia hoc est doctrina *Hippocratis*. Item, hoc adjuvat te ad resistendum frigoribus, quibus vix alias posses resistere. Unde potes una hora, vel media, plus dormire. Item, quando bis comedendum est, tunc modicum de parvo digestibili; ut unum ovum, non

plus;

plus; vel magis aliqua siccantia, ut panem et vinum; vel species cum pane modico, si tamen vinum etc. quia pro digestione. Sunt hic rationes, sicut superius, ubi de nocte comedendum concluditur. Item vellem posse nunquam bibere vinum sine causa, quamdiu essem sanus, ne contra doctrinam Pauli agerem. Est enim in eo luxuria, item expensae nimiae. Item post prandium et ante, sed inter prandium nunquam bibere, nisi infirmitas, vel causa maxima ac ratio dictaret. In labore et post laborem nullo modo bibere, nisi sedata calefactione, hoc sanum corpori et animae. Nulla satietas trahat te ad potandum inter horas, vel jejunia frangenda. Bonum est, injicere pedes in compedes sapientiae. Item, sit tibi hora ad perlegenda ea, quae scribis in hoc libro, quia ordinat statum tuum. Videtur mihi, quod Patres in deserto breves et crebras orationes fecerunt, ex eo, ut semper continue cor elevetur ad Dominum, et non in res fundatur, sed abstrahatur a rebus; et sic faciendum est. Consilium in nomine Domini, quod semper Feriis quartis jejunem, nisi infirmitas vel rationabilis causa obstiterit; ut non habeam tanquam fixum, sed tanquam ad quod niti debeo; similiter Sabbatho et Feria sexta. Die namque Feriae quartae Judas tradidit Dominum, et sexta crucifixus est; et qui non jejunat, videtur tradere et crucifigere Christum cum crucifigentibus, sine necessitate.

Eo plus teneor, quia Clericus sum, de sorte Domini. Item, sanitas conservatur multa, et animam sentio meliorem cum Deo suo. Etiam si modicum corpori noceret, non adverte, semper enim melius fuisti, quando jejunasti. Semper solve Deo tuo aliquid, et semper Ejus melius recordaberis. Cave subitam comestionem, et avaram, et avidam. Venit enim velocitas ex amore objecti inordinato. Edacitas velox gulae et desiderium admixtum habet et vitium. *Gregorius*, in *Expositione Job*: „Loquacitatem excitat, immo inebriat, calefacit et exorbitat, sicut ebrietas vel nimia loquela, tepefacit et illecebras educit." Item, omnem cogitatum de Deo praescindit et recludit. Melius est unum actum in magna mora bene facere, quam in parva exorbitare. Nam ad sanitatem corporis, quan-

quanto honestius et ornatius ingeritur cibus, tanto facilius digeritur et salubrius. Et sic etiam debet ausitari et scribendo, et loquendo, et agendo, ut non festines. *Secundo*, quia in illis non potest gloria Domini quaeri, cum ita impetu homo fertur in eam, quod omnes vires in eam extenduntur. Discas ergo tardare et minui ab actu. Nullum bonum facias, ut inobedientiam incurras.

In temporalibus pecuniis, redditibus et libris, habeas te sicut dispensatorem, et videas, ut in hoc fidelis et prudens invenieris. Tibi ergo victum et vestitum frugaliter tribuas, deinde magis indigentibus et melioribus, et in salutem animarum magis. Nulli, non indigenti, aliquid notabiliter tribuas unquam, quia indigentes plurimos invenis. Et si abundanti tribueres, fideliter non dispensares, nec prudenter ad tuam salutem. Item, ne carnaliter in dando afficiaris. A nullo temporale accipiam, cum indigentiores reperiantur; quia, quod nulli facere volo, ab aliis non postulabo.

Item dixit (*); Pro nulla re mundi deberet homo turbari. Qui facit illud, quod scit, multum meretur scientiae; et qui non facit illud, quod scit, multum coecitatis. Magnum est obedire in illis, quae sunt homini contraria et gravia: et haec est vera obedientia. Prae omnibus et in omnibus stude te humiliare, specialiter in corde, et etiam ad extra coram fratribus. Scientia scientiarum est scire, se nihil scire. Quanto plus homo scit se distare a perfectione, tam prope est perfectioni. Initium vanae gloriae est, sibi ipsi placere. In nullo melius cognoscitur homo, quam in hoc, quod laudatur. Semper debes niti, aliquid boni notare et cogitare de alio. Quoties aliquid inordinate extra Deum concupiscimus, toties a Deo fornicamur. Ideo Propheta ait: „Mihi autem Deo adhaerere bonum est.” Viriles esse debemus in oratione, et non leviter desistere, nec cogitare, quod Deus non vult nos exaudire; sed quo-

(*) Vergelijk hiermede, hetgeen vroeger, uit *Cod.* D. overgeschreven is, *Archief*, Deel I, bladz. 381—383.

quoties repellimur, nunquam desperemus. Pusillanimes orare debent, tanquam filios ad pium patrem; sicut in Euangelio dicitur: » Quis ex vobis patrem peti [— t B.] panem, nunquid lapidem dat ei? et caetera. In omni re mundi est tentatio, quamvis homo non sentiat. Maxima tentatio est, non tentari. Quamdiu homo invenit in se aliquid ad amputandum, tunc bene stat. Quando aliquid mali tibi suggeritur, cogita, quod velis socios tuos interrogare, et tunc Diabolus stat confusus. Semper magis sperabis de aeterna gloria, quam timebis de gehenna. Caveat quivis, ne alios scandalizet moribus suis: sed studeat mores suos corrigere, et honeste se ubique habere, ut alii magis aedificentur. Cum qualibus cogitationibus vadit homo dormitum, cum talibus surgit. Utile est tunc orare, vel aliquos Psalmos legere. Modica confusio hîc perpessa delet aeternam confusionem coram Deo et omnibus Sanctis. Illi studeas solum placere et Illum timere, qui te et omnia tua cognoscit. Posito, quod omnibus placeres, et Deo displiceres, quid esset? Averte ergo cor tuum a creaturis, etiam cum magna vi. Adverte [*averte* B.], ut te ipsum perfecte sic vincas; et erige cor tuum semper ad Deum; sicut Propheta dicit: » Oculi mei semper ad Dominum." Deo gratias!

DUIVELBANNING.

Op het schutblad van een: *Manuale exorcismorum, continens Instructiones et exorcismos ad ejiciendos e corporibus obsessis Spiritus malignos* — *R.* D. M. AB EYNATTEN *S. T. L. Canonici et Scholastici Antverpiensis industria collectum*, Antverpiae 1635. 8vo; door Prof. TYDEMAN, onlangs op eene verkooping te Breda gekocht, leest men woordelijk het volgende, waarschijnlijk geschreven met de hand van den Priester, die zoo gelukkig was, de hier genoemde jonge dochter JOHANNA van niet minder dan zestien of twintig Duivelen te verlossen!

„Anno 1676 filia, Joanna nomine, ante Palmarum liberata fuit ab ultimo ex quinque diabolis, et Feria II. Paschae septem spiritus, nequiores prioribus, illam ingressi sunt, ut ultimo die Julii per immanem daemonem manifestatum fuit. Haec sunt nomina illorum et dies exitus:

1. *Verken*, exivit die 31 Julij a prandio.
2. *Bloethont*, exivit die 1 Aug. mane.
3. *Stoeckvier*, exivit die 1 Aug. a merid.
4. *Gulsaert*, exivit die 4 Aug. mane.
5. *Dronckaert*, die 4 Aug. a merid. exivit.
6. *Impudicus*, 4 Aug. etiam exivit.
7. *Pauveer*, exivit, ut ultimus, 10 Oct. die Sancti Dominici (?) mane, in honorem illius Sancti, propter devotionem matris.

Postea iterum accepit octo. Mense Januario incepimus exorzisare, et 10 Febr. tertius exivit; 4tus exivit 16 Febr. nomine *Pollepel*."

REDEVOERING

VAN

SAMUEL HENDRIK MANGER,

IN LEVEN HOOGLEERAAR DER GODGE-
LEERDHEID AAN DE HOOGESCHOOL
TE FRANEKER,

OVER HET

GRIEKSCHE KERK-FEEST

DER

REGTZINNIGHEID.

Onder de mannen, die te weinig in hunne verdiensten gekend zijn, ofschoon zij der Nederlandsche Kerk grootelijks tot sieraad en nut verstrekt hebben, mag men gewis ook SAMUEL HENDRIK MANGER noemen.

Met vroeg ontwikkelde voortreffelijke geestvermogens betrok hij, reeds in veertienjarigen leeftijd, de Hoogeschool te Utrecht, waar hij al spoedig in een *Specimen Academicum: de iis, quae ex Arabia in usum Tabernaculi petita fuerunt;* bewijzen gaf, met hoe gelukkig gevolg hij de Oostersche Letteren, onder zijnen Leermeester S. RAU, beoefende. Slechts korten tijd had hij dan ook het Leeraarambt bekleed, eerst te Hemmen in Gelderland, daarna te Oudkerk in Friesland, toen hem, naauwlijks 26 jaren oud, aan de Hoogeschool te Franeker, het Hoogleeraarambt der Oostersche talen en Hebreeuwsche Oudheden werd opgedragen. Dezen post aanvaardde hij, in het jaar 1762, met eene Redevoering: *de incremento Philologiae S. ab idonea Arabiae atque Palaestinae exploratione sperando.*

Gewis zou MANGER in dit vak van wetenschap een' grooten naam zich gemaakt hebben, had hij, op den ingeslagen weg, er zijn geheel leven aan mogen geven. Zijne tot hetzelve betrekking hebbende geschriften: *Ahmedis vitae et rerum gestarum Timuri, qui vulgo Tamerlanus dicitur, Historia. Latine vertit et adnotationes adjecit* S. H. MANGER. *Fran.* 1767, II. Vol. 4°. en *Commentarius in libr. proph. Hoseae. Fran.* 1782. strekken daarvoor tot waarborg. Maar, gelijk aan onze Vaderlandsche Hoogescholen maar al te dikwijls heeft plaats gehad, zoo werd ook MANGER, door het hem opgedragen onderwijs in andere vakken, van zijne ingeslagen loopbaan afgetrokken. In het jaar 1766 aanvaardde hij, aan dezelfde Hoogeschool, ook het Hoogleeraarambt der Godgeleerdheid; en in 1780 noopte hem het ontslag, aan den beroemden VENEMA gegeven, ook het onderwijs der Kerkelijke Geschiedenis daarmede te vereenigen. De laatstgenoemde betrekking ving hij aan met eene Redevoering: *de fatis Rel. Christianae apud Arabes;* de eerste, naar ik meen, met eene: *de diversis remediis ad tollenda Christianorum dissidia adhibitis.*

Het was er intusschen verre af, dat MANGER, langs dezen weg, zijne bestemming zoude gemist hebben. Misschien is het tegendeel waarheid. Immers de veelomvattende en grondige geleerdheid, de opgeklaarde Evangelische denkwijze, en de godsdienstige maar tevens edele en vrije zin, welke zich

in

in hem op het gelukkigst vereenigden, deden hem onder de Nederlandsche Godgeleerden van zijnen tijd, eene belangrijke plaats bekleden. Heeft het hem al aan den tijd ontbroken, om door vele geleerde geschriften, ook in uitgebreiden kring en buiten af nog meer voor de wetenschap te arbeiden; door zijn uitmuntend onderwijs, heeft hij op den toestand der Godgeleerdheid in ons Vaderland gunstig gewerkt. En, ofschoon daarbij getrouw aan de leer der Hervormde Kerk, behoorde hij, niet minder dan zijn' beroemde Schoonvader, DANIEL GERDES, zijn' Vriend en Ambtgenoot HENRICUS VENEMA, en zijn' behuwd-broeder EWALDUS HOLLEBEEK, tot degenen, die het oude gebouw eener dorre schoolsche Theologie hielpen slopen, en voor de Nederlandsche Hervormde Kerk een' beteren toestand hebben voorbereid. Zijn nog voorhanden, maar onuitgegeven *Compendium Theologiae* getuigt, volgens bevoegde beoordeelaars, van den zelfstandigen, echt liberalen geest, waarin hij gewoon was de Godgeleerdheid te onderwijzen. En de belangrijke ofschoon vlugtige berigten, aangaande het onderwijs van MANGER elders medegedeeld (zie *Herinneringen van* G. BRUINING, Dordt 1800. bl. 34 verv.), leeren ons althans dat vooral een oordeelkundig en vrijmoedig onderzoek der zoogenaamde *loca probantia*, en der Messiaansche voorspellingen zijne aandacht bezig hield. Zijne lessen over de laatstgenoemde, of zijn *Collegium propheticum*, hetwelk mede nog in zijn eigen hand-

handschrift aanwezig is « mag," gelijk daar gezegd wordt, « tegen goud worden opgewogen."

